

Alte Drucke

**SERMONES || D. Guarrici Abbatis Ignia-||censis, magni
illius Bernardi olim discipuli, mul=||ta pietate ac
eruditione differti, iam recens ad || ...**

Guerricus <Igniacensis>

Lovanii, 1555

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)


Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150379



12





4676


laquos
tran
muran
daxil
paruu
lunace
mura
s rantiu
auter
Leta
deo zlati
Pabi
Eran
msca
prena
mris
mele
matti
ms do
mri
nosos
mri


exult
mem
inim
in ad
turu
mea
p̄iue
mān
reua
tes u
brun
qui n

E autem
nūm
opam
eiūm
inter
la
Eubon
firma









7

*ff. 27
glut. 1519*
~~ff. 27
glut. 1519~~
SERMONES

D. Guarriçi Abbatis Ignia-

centis, magni illius Bernardi olim discipuli, multa pietate ac eruditione differti, iam recens ad

Veterum Exemplariū collationem, à mul-

tis & crassis mendis per Ioannem Co-

sterium ordinis D. Augustini Ca-

nonicum vindicati

Louanij.

Amici f. 27 1519
Accessit quoque sententiarum & scripturarum
copiosus index, vt lectoris commodo omni ex

parte foret consultum.

f. 27 1519
a f. 27 1519



LOVANI,

Apud Ioannem de VVinghe in Foro, apud An-
tiquum Petrum. Anno 1555.

CVM PRIVIL. AD TRIEN.

f. 27 1519

Ex Tritemio Abbate.

GVarricus Abbas Igniacensis, vir in diuinis scripturis non infimè doctus, ingenio facilis, eloquio dulcis & compositus, & ad persuadendum idoneus, non minus conuersatione & regularis obseruantie amore, quàm scientia scripturarum insignis, scripsit pro ædificatione simplicium & deuotorum fratrum non contemnenda opuscula, quibus ouium Christi pastor è utilem se fidelemq; exhibuit, è quibus ego repperi opus Sermonum de tempore & Sanctis.

Ad fratres, Lib. i.

Epistolas etiam scripsit.

De cæteris autem quæ composuisse dicitur, nihil vsquam potui inuenire.

REVERENDO IN

Christo Patri ac Domino, D. Philippo ab Hof-
den, monasterij diuæ Gertrudis apud Loua-
nienſes Abbati, atque eiufdem Academiæ
priuilegiorum conſeruatori vigi-
lantiffimo, Ioannes Co-
ſterius S. D.



*N*ihil unquā ex omni ſui parte ita fuiſ-
ſe perfectum, quod non temporis pro-
greſſu deprauatum ſit, quum multis
e rebus, tum verò potiſſimum ex illuſ-
trium virorum ſcriptis indies vide-
re licet vir ornatiffime: vt planè ve-
rum ſit quod à nemine nō dici ſolet, temporis edacitate
omnia conſumi, euerti, vorari omnia atq; conſumi Quo-
tus enim quiſque eſt veterum ſcriptorum, ſiue illi Ec-
cleſiaſtici ſint ſiue prophani, qui iam nō ſint laceri, con-
taminati, corrupti? Fecit hoc imprimis librariorū quo-
rundam inſcitia, fecit multorū, qui ſibi ſcioli videban-
tur, execranda temeritas: qui de rebus ne per ſomniū
quidem ſatis ſibi notis, cenſoriam virgulam vindican-
tes, dum ea que non intelligūt, pro ſuo ingenio quo vo-
lunt trabunt ac retrabunt, inſuſas ac ridiculas nenas
protulerūt: pro gniſſis nimirū ac præclaris gemmis nil
niſi vitrum, vt in prouerbio eſt, pro auro plumbum ac
inutilem ſcoriā (ſi ſuperis placet) obtrudere nobis vo-
lentes. Quare mihi quā optime de re literaria ac ſtu-
dioſis omnibus mereri videntur, ij quorum in id potiſ-
ſimum ſtudium incumbit, vt pro viribus ad veterum
codicum collationē optimos quoſq; ſcriptores corrigāt,

A ij caſtigent,

castigent, emendēt: præsertim verò eos, quorum est &
maior eruditio, & vsus crebrior, & vita olim sanctior
fuit. Id sanè si vnquā alias, iam multò maxime vt fiat,
necessarium reor: quum hac ætate multorum tam sint
emunctæ nares, tam fastidiosum palatum, vt si quid
offendant, quod minus placeat, si sententia obscurior, si
locus hiulcus, si vox parum latina, si quid non suo positi-
um loco, statim quod in manibus habent, magno cum
fastu ac nauseabundi reiectant. Præclaram igitur, vt
dixi, neque vnquam satis laudatam operam nauant, qui
vt huic vomitæ medicas manus apponant, nullas sibi
vigilias, nullumque laborem fugiendum ducunt. Qui
sanè labor quàm sit grauis, difficilis, ac tædij plenus,
nemo est qui sciat, nisi is qui in hoc sese pistrinum se-
mel coniecerit: vt interdum in eam opinionem addu-
car, minori negotio ab authoribus libros primum fuisse
se conscriptos, quàm corruptos postea in primam inte-
gritatem posse restitui. Vt interim taceam, quàm ea
res multorum sit obiecta calumnijs: qui quum nihil per
se præstare aut possint aut etiam velint, hoc vno præ-
clare sibi docti videtur, si falcem suam in alienam mes-
sem emittant: hoc est, si aliorum præclaros labores lau-
datasque vigilias canino dente arrodant. Inde fieri pu-
to, vt per paucos quoque inter doctos nunc esse videam-
us, sint qui hanc palæstram subire velint: quod non
tantum in se emolumenti & gloriæ, quantum sudoris
& calumniæ habeat. Verum enimvero quicquid hic
difficultatis molestiarum ac laboris, is facile vorat,
qui sciat neminem sibi natum, plurisque a se commune
quàm priuatum commodum fieri debere. Ego igitur
nuper ab eo opere quod tum in manibus habeam alio
quamdiu

quamdiu cessare compulsus, ne interea nihil facerem,
 D. Guarriici Igniacensis quondam Abbatis pias sanè ac
 eruditae conciones legere cœpi: ut quod olim animus
 parturierat, data oportunitate, tanquā maturum iam
 factum in lucem proferrem: nimirum ut ea quæ in hoc
 autore obscurata ac deprauata forent, veterum libro-
 rum subsidio, nostra opera, quoad fieri posset, clariora
 ac puriora redderentur. Quæ in re quid à nobis præsti-
 tum sit, aliorum esto iudicium: ego tamen neminè cui
 vel parum est frontis, tam iniquum futurum existimo
 iudicem, ut nostrum qualemcumque conatum prorsus
 damnare velit, si modò ea quæ nunc in lucem damus,
 cum reliquis exemplaribus, quib⁹ hactenus vñ sumus,
 conferre volet. Cæterū quod hūc recognoscendi Guar-
 rici laborem potissimum subire voluerim, quum alia
 multa, tum in primis viri huius insignis eruditio atq;
 sanctissima vitæ me ad hoc inuitauit: de quibus nō est
 necesse ut hic multa superuacaneo labore conscribam,
 quod vtrumq; ex scriptis suis tanquā ex viua sui ima-
 gine clarè ac perspicuè videri possit. Neque enim aut
 verius aut absolutius hominis cuiusque simulacrū,
 quàm in ipsa eius oratiōe apparet. Fuit enim is, ut obis-
 ter hic pauca perstringā, sanctissimi viri Bernardi Cla-
 reuallensis Abbatis sanctus quondā discipulus: cuius
 & dicendi & viuendi normā tāta est felicitate sequen-
 tus, ut ab illius vestigijs ne latum quidem culmū ab-
 errasse videatur. Tanta verò ingenij & puritate &
 acumine præditus fuit, ut quicquid in diuinis literis
 implexius ac nodosius reperisset, leui admodum nego-
 tio perrumpēs, abditos atque arcanos scripturæ sensus
 in lucem proferret: ut hoc vno planè nobis testatum se-

A iij cerit,

eerit, se à sponso in cellam inductum fuisse vinariam,
atque de Sapietie diuine cratere plenos haustus bibisse,
se, cuius ex ore tantum nectaris ac mellis promanarit.
Quod porro ad ipsam dictionem attinet, ea omnino neque
barbara est neque inculta: sed tersa, sed lepida, & ap-
tissima vbique compositio, numeris plerumque ad or-
natum pulchrè adstricta: vt ea qua vsus est eloquentia,
neque extorta, neque emendicata, sed cognata homini
videri possit. Delituit aliquandiu, nemini nisi Deo &
sibi notus: post ob insignè vitæ sanctimoniam ac doctri-
næ famam, ex vmbatica & solitaria vita ad lucem protrax-
tus, Igniacensis monasterij gubernaculis est præfectus.
Est is locus haud procul à Remensium oppido, D. Ber-
nardi studio, qui tanquam feracissima in Christiana
Ecclesia vitis, palmites suos quaqua versum diffunde-
bat, olim exstructus. Quanto verò animi feruore, quan-
tisque curarum, & studiis rudimenta & incunabula (vt
sic dicam) sanctæ Religionis, quæ iam dudum isthic aus-
piciis cœperat, fouerit, auxerit, exornarit, id sanè ex
his ipsis concionibus, quas domi apud commissas sibi ouis-
culis declamauit, adeo perspicuè videre licet: vt si vel
de hac re vel de cæteris eius præclaris dotibus plura
hic dicere velim, frustraneam ac inanem prorsus sine
operam nauaturus. Incredibilem enim vbique animi
modestiam refert, ad virtutis incitamentum fortissi-
mos habet aculeos, castimonie cumprimis maximus
cum encomiastes, tum cultor. Verùm vt orationem ad
te desectam vir ornatissime, hunc nostrum qualemcum-
que laborem tibi visum est nuncupare: partim ob exi-
mias animi tui dotes, quæ passim plenè (quod aiunt)
buccis à plurimis celebrantur, tum vt semel vel aliquo
symbolo

Symbolo animi mei erga te voluntatem ostendam, qui
 non me solum, qui nihil sum, sed quoscumque etiam li-
 terarum cultores singulari ac raro animi tui candore
 amare atque amplecti soles: maximè verò postquam ad
 hanc dignitatè, quo te tua virtus vocabat, fuisti eue-
 ctus. Accipies igitur, quæ tua est humanitas, quod of-
 ferimus, læta & exporrecta fronte, persuasum habes,
 ut quantumvis per quàm exiguū sit, quod ad te venit,
 ab animo tamen tui amantiſſimo atque obseruantiſſi-
 mo fuisse profectum. Opto te in Christo valere quàm
 felicissimè. Louaniꝝ ex Monasterio nostro Mara-
 tiniano, Anno Domini. 1555. pridie
 Calendarum Maij.

A iiij SER-

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

Sermo de Ad- uentu Domini.



ALVATOREM EX- *Philip. 2.*
pectamus. Verè expectatio *Proue 10.*
iustorum lætitia, expectan- *Titum 2.*
tium beatā spem, & aduen-
tum gloriæ magni Dei, &
Saluatoris nostri I E S V
CHRISTI. Et nunc *Psal. 38.*

quæ est expectatio mea, inquit iustus, nōne Do-
minus? Et conuersus ad Dominum, scio, inquit, *Ibid. 118.*
quia nō confundes me ab expectatiōe mea, quia
iam substātia mea apud te est, quia natura nostra
de nobis sumpta, & pro nobis oblata, apud te glo-
rificata est: spem nobis tribuēs, quia ad te omnis
caro veniet, caputq; membra sequentur, vt holo
caustū compleatur. Plenior tamen fiducia, quia
tutior consciētia, Dominum expectare potest, *Qui sint*
cui dicere datum est, substantia possesiunculæ *qui securi*
meæ o Domine apud te est: quia facultates meas, *dominū ex*
vel tibi erogando, vel pro te contēnendō, in cœ- *pectare pos*
lis thesaurizauī, & ad pedes tuos, omnia mea de- *sint.*
posui, sciens quia potens es depositū meum non
modo seruare, sed etiam in centuplū restituere,
& vitam æternam adiungere. Quām beati vos pau-
peres spiritu, qui iuxta consiliū admirabilis con-
siliarij thesaurizastis vobis thesauros in cœlo, ne

A v fin

DE ADVENTV DOMINI

si in terra thesauri vestri remanerēt, corda quoq;
 vestra pariter putrescerēt. Vbi enim, inquit, the-
Matth. 6. saurus tuus, ibi & cor tuū. Eant igitur, eāt corda
 post thesauros suos, sursum affixa sit cogitatio, &
 ad Dominū suspensa expectatio: vt & vobis com-
Philip. 3. petat dicere cum Apostolo, Nostra aut cōuer-
 satio in cœlis est, vnde etiā Saluatorē expectamus.
Psal. 24. O expectatio gentiū, vniuersi qui te expectāt nō
 confundētur. Te enim expectauerūt patres no-
 stri, oēs iusti ab origine mūdi, in te sperauerūt, &
 nō sunt confusi. Iam enim suscepta misericordia
 tua, in medio templi tui, chorus lætantiū & lau-
 dantiū concinir: Benedictus qui venit in nomine
 Domini. Expectās expectaui Dominū, & inten-
 dit mihi. Et in humilitate carnis agnoscētes maie-
 statē diuinitatis, Ecce, inquiūt, Deus noster iste:
 expectauimus eū, & saluabit nos, iste Dominus,
 sustinuius eū, exultabimus & lætabimur in sa-
 lutari eius. Sicut aut Ecclesia in antiq; iustis, ex-
pectauit aduentū primū, sic in nouis reexpectat
 scdm: sicut in primo certa de precio redēptionis,
 sic in secundo de prēmio remunerationis: atque
 huius expectatiōe spei, suspēsa à terrenis, tam fœ-
 liciter quā ardēter inhiat æternis. Cū igitur
 alij festinantes præsētib; beari, nec sustinētes
 consiliū Domini currunt ad diripiendam prædā
 huius mundi, beatus vir cuius est nomen Do-
mini spes eius, & nō respexit in vanitates & insa-
 nias falsas, abstinet se à vijs eorū tanq̃ ab immū-
dijs, sciens melius esse humiliari cum mitibus,
 quā diuidere spolia cū superbis, Loquēs secū
 conso-

cōsolatur se, & ait: Pars mea Dominus, (dixit aīa *Thren. 3.*
 mea) propterea expectabo eum. Bonus est Do- *Ibidem.*
 minus sperantibus in eum, animæ quærenti illū.
 Bonū est cum silētio prestolari salutare Domini.
 Defecit quidē aīa mea in salutare tuū ō Domine:
 sed in verbū tuū superesperavi. Spes quidem quæ
 differtur, vt scriptum est, affligit animā: sed licet *Prone. 13.*
 lassa sit ex desiderij dilatione, secura est tamē ex
 promissioe. In ipsum nō solum sperās, sed & su-
 persperās adijciā spem super spem: sicut alsidue
 adijcitur tribulatio super tribulationem, dilatio
 super dilationē. Certus sum enim quia apparebit *Abacuc. 2.*
 in finē, & nō mentietur. Ideoq; & si morā fecerit
 expectabo eum: quia veniēs veniet & nō tarda-
 bit vltra præstitutū vel opportunū. Quod oport-
 unū? Cū impletus fuerit numerus fratrum no-
 strorū, & consummatū fuerit tempus misericor-
 diæ ad pœnitentiā indultū. Audi Esaiā ad super-
 na sepius admissum consilia, quo videlicet consi-
 lio Dominus iudiciū differat. Propterea, inquit, *Esa. 30.*
 Dominus expectat vt misereatur vestri, & ideo
 exaltabitur parcēs vobis: quia Deus iudicij Do- *Dilationis*
 minus, beati omnes qui expectāt illū. Propterea *inducijs ad*
 si sapias, prospicies tibi quomodo dilationis huius *pœnitentiā*
 inducijs vtaris: utiq; si peccator es, ad pœniten- *datis cautē*
 tiam nō ad negligentia: si sanctus, vt proficias in *vtendum.*
 sanctitate, non vt deficias à fide. Si enim dixerit *Matth. 24.*
 malus seruus ille in corde suo, Morā facit Domi-
 nus meus venire, & cœperit percutere cōseruos
 suos, manducet autē & bibat cum ebriosis, veniet
 Dominus serui illius in die qua nō sperat, & die
 qua

DE ADVENTV DOMINI

Esa. 28.

Ecclesi. 9.

Esa. 28.

qua ignorat, & diuidet eum, partemq; eius ponet cum hypocritis. Illic erit fletus & stridor dentiũ. Huius serui nequam & infidelis videtur esse vox illa tædij & desperationis, quæ apud Esaiã legitur, quia videlicet moram faciente Domino frequentibus nuncijs eius increduli & illusores insultare videtur: Manda remanda, manda remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta: modicum ibi, modicũ ibi. Sed quæ pœna sequatur miseros Propheta non tacuit, cum post pauca subintulit, Et erit eis, inquit, verbum Domini, quod videlicet subsannat, dicentes prophetis, Manda remanda, manda remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicum ibi, modicũ ibi: vt vadant & cadant retrorsum, & conterantur & illaqueentur & capiatur. Vadunt retrorsum per apostasiam, cadunt in criminalia, illaqueantur mortifera delectatione, vel quadam inextricabili peccandi necessitate, vt nec velint, nec possint pœnitere: capiuntur improvisa morte, conteruntur æterna damnatione. Nescit enim homo finẽ suũ: sed sicut pisces capiuntur hamo, & aues laqueis, sic homines, inquit Salomon, capiuntur tempore malo, cum eis extemplo superuenerit. Propterea videlicet ne pro dilatiõe spei, fides nostra tepescat aut æstuet patientia, & incipiamus esse de illis qui ad tempus credunt, & in tempore temptationis recedunt, clamat nobis de cœlo qui fidem donat, donatam probat, probatam coronat, Qui crediderit, inquit, non festinet, scilicet videre quod credit. Si enim quod non videmus speramus, per patientiam

patientiā expectamus. Sponsæ quoq; suæ, quam
 sibi desponsauit in fide, mandat Deus per Osee *Osee 3.*
 dicens, Dies multos expectabis me: non forni-
 caberis, & nō eris cum viro. Hoc nempe est Do- *Quid sit*
 minū veraciter expectare, si fidem ei seruemus: *expectare*
 vt licet careamus consolatione præsentiæ eius, *Dominū.*
 adulterum tamen nō sequamur sed pendeamus
 ad reditum eius. Sic nanque Dominus ait in eo- *Osee. II.*
 dem propheta, Pendebit populus meus ad redi-
 tum meum. Pulchrè omnino & propriè pende-
 bit, tanquam inter cœlum & terram: vt licet ad-
 huc apprehendere cœlestia non valeat, non velit
 tamen tangere terrena. Et si aliquando tangit, nō
 nisi summis articulis, id est extremis partib⁹ ani-
 mæ: propter necessitatem scilicet corruptionis
 nostræ, cui cogimur seruire, quā diu creatura vani-
 tati subiecta est, nō volēs. Vulgo dicitur: Malè
 expectat qui pendet. Ego autem dico: foeliciter
 expectat qui sic pendet. Quamobrem elegit hoc
 suspendium anima mea, & in ipso suspendio mor-
 tem ossa mea: vt perseveranter in cruce ista pen-
 dere merear, donec ibi moriar. O Domine Iesu
 cum animā potestate positurus esses, & quo ge-
 nere mortis id facere velles, tuo subesset arbi-
 trio, suspendium elegit anima tua: vt exaltatus à
 terra, nos quoque ad te traheres, & à terrenis sus-
 penderes. Sed nec ante mortē deponi passus es,
 vt & nos vsque ad mortē in cruce perseveremus:
 & vt de ipsa tanquā de sublimi gradu facilior sit
 in cœlum conscensus. Gratiastibi Domine Iesu:
 Ibi sumus, ibi te expectamus, nō Heliam, qui ad
 deponen-

DE ADVEN. DOMI. SER. I.

deponendum nos veniat: sed Heli, id est Deum nostrum qui nos suscipiat. Modicū ibi, modicum ibi, si mandas atq; remandas: ego quidē mandatis tuis semel credidi, sed adiuvā incredulitatem meā, vt immobilis ibi te expectē, respectē, donec quod credo videā. Credo enim videre bona Domini in terra viuentium. Credis & tu? Igitur expecta Dominum, viriliter age, confortetur corruum, & sustine Dominum. Væ his qui perdidērunt sustententiam, & diuerterunt in vias prauas. Et quid faciēt cū inspicere cōperit Dominus? Qui tamen longanimitē se mandat expectari, alibi se cito venturum esse promittit: in altero nimirum sustententiam informans, in altero pusillanimes confortans: imparatos terrens, & pigros excitans. Ecce, inquit venio cito: & merces mea mecum est, reddere vnicuique secundum opera sua. Et ad Hierusalē, Cito veniet salus tua, quare mœrore cōsumeris? Et reuera tempus breue est, maximē vniuscuiusque nostrum: licet longum videatur æstuantī, seu prę labore, seu prę amore. Ideoque vtrunq; necesse est, vt & timeamus iudicem qui prope est, & forsitan mihi, forsitan tibi in ianuā est, & lōganimitē expectemus si morā fecerit. Veniēs veniet ille Dominus, timor & desiderium nostrū, requies & merces laborātium, dulcedo & amplexus amantium, beatitudo omnium: Saluator noster Iesus Christus,

Qui viuit & regnat per omnia
secula seculorum.

Amen.

¶ SER-

Psal. 26.

Eccl. i. 2.

Apoca. 22.

Mich. 4.

SERMO DE EO

dem II.



C C E venit rex, occurramus
obuiâ Saluatori nostro. Pulchrè
Salomon ait, Aqua frigida animę *Prone. 25.*
sitienti, nuncius bonus de terra
longinqua. Bonus itaq; nuncius
qui aduentû Saluatoris nunciat,

reconciliationē mundi, bona superuēturī seculi.
Quâm pulchri pedes annunciantiū pacē, annun- *Esa. 52.*
ciantiū bona. Multi siquidem nō vnus: Multi, in-
quā, sed in vno spiritu longa serie ab initio seculi
nobis superuenēre nuncij: & omnium vox simi-
lis, vna sentētia: venit, ecce venit. Et vndē, inq̃s,
isti venēre nuncij? Vt scriptū est, de terra longin-
qua: quia de terra viuentiū, quæ magno intersti-
tio separata est ab hac terra morientiū: Nam in-
ter nos & illos adhuc chaos magnū firmatū est.
Inde tamen propheta nobis sicut & angeli missi
sunt: quia & si corpore hic versabātur, spiritu il-
luc assumebātur quādo mittendi erāt, vt illic au-
dirēt & viderēt quod hic nunciarēt. Huiusmodi
nūcij aqua refrigerij potusq; sapiētię sunt saluta-
ris aię Deū sitiētī: cui nimirū qui nūciat aduentū
vel alia mysteria Saluatoris, haurit ei & propinat
aquas in gaudio de fontib⁹ Saluatoris: vt etiā nun-
ciātī sibi siue Esaie, siue cuilibet ex pphetis, eadē
aia respondere videatur verbis Helizabēth, quia
eodē potata spiritu quo Helizabēth, Et vndē hoc
mihi,

DE ADVENTV DOMINI

Eccl'i 22. mihi, vt veniat Domin⁹ meus ad me? Ecce enim
 vt facta est vox annūciationis tuæ in aurib⁹ meis,
 exultauit in gaudio spūs in corde meo, gestiens
 occurrere Deo Saluatori suo. Et reuera fratres
 exultatiōe spūs Christo veniēti occurrēdū est:
 & iam nunc à longē salutandus, vel certē resalu-
 tandus qui mādāt salutes Iacob. Amicū salutare
 nō cōfundaris, inquit sapiēs, quātō magis resalu-
 tare? O salutare vultus mei & Deus meus, quāta
 dignatio fuit quōd seruos salutasti, sed quātō ma-
 ior quōd saluasti! Nec enim integra nobis salus
 esset, si salutes mādāres, & nō dāres. Dedisti autē:
 nō modō quos salutaueras verbis pacificis post-
 modū salutando in osculo pacis, videlicet per
 vnionē carnis: sed etiā salutē operādo per mortē
 crucis. Exurgat igitur spūs noster alacri gaudio,
 curratq; obuiā Saluatori suo: & iam à longē ve-
 nientē adoret & saluter acclamās ei & dicens, O
 Domine saluum me fac, ô Domine bene prospe-
 rare: benedictus qui venturus es in nomine Do-
 mini. Salue qui venis saluare nos: benedictus qui
 venis benedicere nos. Igitur ô Dñe bene prospe-
 rare, qui tam prosper & salutaris aduenis generi
 humano: Intēde, pspere pcede, & regna. Prof-
 perū iter faciet tibi pater, Deus salutariū nostro-
 rum. Prosperabitur, inqt pater, in his ad quē misi
 illū: nō pro votis carnaliū, nō pro volūtate Petri
 qui abhorrebat illū pati. Et omnia quæcunq; fa-
 ciet prosperabūtur: nō ad præproperā hominū
 voluntatē, sed ad verā corū salutē. Vana quidē sa-
 lus hominis, sed Domini est salus, qui operat⁹ est
 salutem

*Christo ad
 nos veniēti
 alacriter
 occurrēdū.*

salutem de sanguine suo: fundēs illum in preciū,
 & propinās in potum. Veni ergo o Domine sal-
 uum me fac, & saluus ero: veni & ostende faciem
 tuā, & salui erimus. Te enim expectauimus, esto
 brachiū nostrum, salus nostra in tempore tribu-
 latiōis. Sic prophetæ & iusti desiderio & affectu
 tantō antē CHRISTO venturo occurrebāt,
 desiderantes si fieri posset oculis videre quod spi-
 ritu præuidebant. Vndē Dominus discipulis di-
 cebat: Beati oculi qui vidēt quę vos videtis. *Matth. 13.*
 Di-
 co enim vobis quòd multi prophetæ & iusti vo-
 luerunt videre quę vos videtis: & non viderūt.
 Abrahā quoq; pater vester exultauit vt videret
 diem Christi: vidit, sed apud inferos, & gauisus
 est. In quo utique tepor & duritia cordis nostri
 suggillatur, si nō videlicet cum gaudio spirituali
 Christi nascētis diem anniuersariū expectamus,
 qui nobis in proximo videndus, Domino an-
 nuente, promittitur. Hoc sanē gaudiū nostrum
 tale videtur exigere scriptura, vt spiritus noster
leuans se super se, Christo venienti quodāmodo
 occurrere gestiāt, desiderio se extendēs in ante-
 riora: impatienſque morarum, iam videre con-
 tendat futura. Ego nanque non solū ad secun-
 dum aduentum, sed etiam ad primum arbitror
 pertinere, quòd tot locis scripturarum ei mone-
 mur occurrere. Quomodo inquis? Quia videli-
 cet sicut secundo aduentui occurremus motu &
exaltatione corporis: sic & primo occurrendum
 est affectu & exultatiōe cordis. Scitis enim, quia
 resumptis in resurrectione corporibus nouis, se-

B cundum

DE ADVENTV DOMINI

1. Thess. 4. cundum doctrinā Apostoli, rapiemur in nubi-
bus obuiā Christo in aëra: & sic semper cum Do-
mino erimus. Si nec modo defunt nubes quæ
spiritus nostros, si nimis nō fuerint pigri terræq;
affixi, subleuabūt ad altiora: & sic cum Domino
erimus vel hora dimidia. Agnoscit, ni fallor, ex-
periētia vestra quod loquor, cum aliquando vo-
cem dederunt nubes, id est, sonuerūt in Ecclesia
prophetarum vel Apostolorum voces, ad quā
sublimia sensus vestri quasi vehiculo nubis fue-
rint subuecti: & eò vsq; nonnunq̃ excesserint, vt
gloriam Domini quantulumcunq; mererentur
speculari, tunc, ni fallor, vobis innotuit veritas
illius sermonis quē Dominus de illa nube pluit,
quam quotidie ponit ascensum vobis: Sacrificiū
laudis honorificabit me: & illiciter quo ostendā
illi salutare Dei. Ita ergo fit, vt ante aduentū suū
Dominus veniat ad vos: & antequā mundo ge-
neraliter adueniat, familiariter inuisit vos. Non
vos, inquit, relinqvā orphanos: vado & veniam
ad vos. Et quidē pro merito cuiusq; vel studio,
creber est ad vnumquemq; iste Domini aduen-
tus, hoc tempore medio, inter aduentū primum
& nouissimū: conformans nos aduentui primo,
& preparans nouissimo. Ad hoc nēpe venit mo-
do in nos: ne primo aduentu frustra venerit ad
nos, vel ne in nouissimo veniat iratus aduersus
nos. Hoc si quidē aduentu satagit reformare sen-
sum superbiæ nostræ configuratū sensui humi-
litis suæ, quā primo veniēs exhibuit: vt per-
inde reformet corpus humilitatis nostræ confi-
guratum

Nubes spi-
rituales.

Psal. 76.

Psal. 49.

Ioan. 14.

Aduentus
Christi
hoc medio
tēpore est
ad nos fre-
quens. 163

guratum corpori claritatis suæ, quam denuo re-
 diēs exhibebit. Prorsus optandus omnibus votis
 & expetendus studijs aduentus iste familiaris:
 qui nobis gratiam impertiat aduentus primi, &
 gloriam promittat nouissimi. Quia enim miseri-
 cordiam & veritatē diligit Deus, gratiā & gloriā
 dabit Dominus: per misericordiam prærogans
 gratiam, per veritatem reddens gloriam. Porro
 sicut dispositione temporis, sic etiā proportionē
 similitudinis medius est aduētus iste spiritualis,
 inter aduentum vtrunque corporalem: & velut
 quidā mediator participat cum vtroq; . Primus *Tres Chria*
 siquidem aduētus, occultus & humilis: vltimus, *sti aduena*
 manifestus & admirabilis: iste autem occultus *tus.*
 quidē, sed mirabilis. Occultus sanē dixerim, nō
 quōd ignoretur ab eo cui venit: sed quia secretus
 ei aduenit. Vndē gloriā illa gloriōsa anima se-
 cum dicit: Secretum meum mihi, secretum meū *Esa. 24.*
 mihi. Sed nec ab ipso cui aduenit potest antē vi-
 deri, quā tēneri, iuxta illud Beati Iob de se cōfi-
 tētis: Si venerit ad me, nō videbo eum: si abierit, *Iob 9.*
 non intelligā eum. Nec veniens quippe videtur,
 nec recedens intelligitur, qui solummodo dum
 præsens est, lumen est animæ & intellectus quo
 inuisibilis videtur, & incogitabilis intelligitur.
 Cæterum quā admirabilis sit, licet occultus sit,
 iste aduentus Domini, quā suavi & fœlici stu-
 pore in admirationē sui suspendat, & expendat
 animam contemplātis, quomodo omnia ossa in-
 terioris hominis acclament ei, Domine quis si-
 milis tui: norūt quidem experti, sed vtinam fatis
 B ij deside-

DE ADVENTV DOMINI

desiderent experiri nō experti: Ita duntaxat, vt non temeraria curiositas faciat scrutari maiestatem opprimendos à gloria: sed pia charitas suspirare dilectū suscipiēdos à gratia. Suscipiēs enim mansuetos Dominus, humilians aut peccatores vsque ad terram: superbis resistit, humilibus aut dat gratiam. Cum igitur primus aduentus sit gratiæ, nouissimus gloriæ, iste nimirū gratiæ pariter & gloriæ: in quo videlicet per consolationem gratiam, futuram nobis vtcunq; datur prælibare gloriā. Cum igitur in primo Deus maiestatis visus sit contemptibilis, in nouissimo autem videndus sit terribilis, in isto medio videtur mirabilis & amabilis: vt nec ppter dignationē gratiæ quæ se præbet amabilem, possit esse contemptui, sed admirationi: nec propter magnificentiam gloriæ, qua mirabilis apparet, sit terrori, sed potius consolationi. De primo dicebat Iudæus, Vidimus eum & nō erat ei species neque decor: vnde nec reputauimus eum. De vltimo expauescit etiā iustus, Et quis stabit, inquit, ad videndū eum? De isto autem dicit Apostolus, Gloriā Domini speculantes in eandem imaginem transformamur à gloria in gloriam: tanquā à Domini spiritu. Mirabile prorsus & amabile, cum De^o amor amantis sensib⁹ illabitur, cum spontam sponsus in vniuersitate spiritus amplectitur, & in eandē imaginem transformatur, per quam velut per speculū Domini gloriam speculatur. Quam beati quorū ardens charitas hanc prærogatiuā iam meruit obtinere: sed & illi quā beati, quorum sancta simplicitas

Esa. 53.

2. Cor. 3.

plicitas idē quandoq; potest sperare. Et illi quidem iam de fructu amoris sui capiunt solatium laboris: isti autem tantò fortasse maiore merito // quantò interim minore solatio, portantes pondus diei & æstus, expectantes aduentum remunerationis. Nos igitur fratres quos nondum con- solatur tam sublimis experientia, vt patientes si- mus vsque ad aduentum Domini, consoletur in- terim certa fides & pura consciētia, quę tam fœ- liciter quàm fideliter cum Paulo dicat, Scio cui credidi, & certus sum, quia potens est depositū meum seruare in illum diem: In aduentum sci- licet glorię magni Dei & saluatoris nostri IESV Christi, cui gloria in secula seculorum. Amen.

2.Tim.1.

SERMO DE EO dem III. m.



PARATVS esto Israel in occur- sum Domini, quoniam venit. Et vos fratres estote parati: q̃a qua hora non putatis filius hominis veniet. Nihil certius quàm quòd veniat, sed nihil incertius quàm quando veniat. Vsque adeo siquidē nō est nostrū scire tempora vel momenta quę pater posuit in sua potestate: vt nec angelis qui aſsūt ei, de die illa vel hora scire datum sit. Dies quoque noster vltimus, certissimus nobis quòd veniat, incertis- simus est quādo vel vbi vel vnde nobis adueniat:

Amos.4.
Lucæ 12.

Mortis ho-
ra nil in-
certius.

Mors senia-
bus in ia-
nuis, iuue-

B. iij nisi

nibus in
insidijs.

*Vna securi-
tas est nun-
quam esse
securum.
Sapient. 4.*

nisi quòd (vt ante nos dictum est) senibus est in-
ianuis, qui iuuenibus est in insidijs. Et vtinà vel
illi se obseruarent: qui mortem tam paratam in-
trare, imò iam intrantem vident. An nò ex parte
iam intrauit quæ aliquas partes corporis iam præ-
mortuas occupauit: In pluribus tamē semimor-
tuis videre est adhuc viuentem concupiscentiam
mundi. Frigescunt membra, & feruet auaritia:
vita finitur, & ambitio protrahitur. Quandoqui-
dem nobis quoque quibus fortassis ætas aut sa-
lus aliquid longius promittere videtur quantò
minus mors in prospectu est, tantò magis utiq;
si sapimus suspecta est: ne videlicet dies illa sicut
fur in nocte, incautos & imparatos nos compre-
hendat: quæ in insidijs posita, quò minus videri
aut caueri potest, eò magis timenda est. Vna igitur
securitas est, nunquā esse securū: quatenus
timor se obseruans reddat semper paratū, donec
securitas succedat timori, non timor securitati.
Obseruabo me, inquit sapiēs, ab iniquitate mea,
quandoquidem non possum à morte mea: sciens
quia iustus si morte præoccupatus fuerit, in re-
frigerio erit: imò in morte triumphat, cui nō do-
minatur iniquitas in vita. Quàm pulchrū fratres,
quàm beatum, in morte non modo securum, sed
& gloriosum triumphare ex autoritate con-
scientiæ, spiritu & voce Martini cruentā bestiā,
si astare præsumperit, increpare: iudici venienti
& pulsanti gratanter aperire. Tum verò videas,
heu, similes mei trepidare, inducias petere, nec
accipere: oleum conscientiæ lamentis pœnitentiæ
velle

velle emere, nec tempus sufficere: laruales illas
 facies declinare velle, nec posse: à facie ire tonātis
 velle in corpore delitescere, & cogi exire. Exi-
 bit spiritus eius, & reuertetur peccator in ter-
 ram suam vnde sumptus est: in illa die peribunt
omnes cogitationes eorum. Scio quidem, quia
 conditionis humanæ est sub discrimine exitus
 conturbari, cum etiam perfecti nolint expoliari,
 sed superuestiri: & qui nihil sibi sunt conscij, quia
 tamen non in hoc sunt iustificati, necesse habent
 iudicium quod ignorant vereri. Sed siue condi-
 tiōis *effectu, siue sanctitatis defectu, siue iudicij **affectu,*
 metu cōturbata fuerit anima mea, inquit iustus,
 tu Domine misericordiæ memor eris, mitte scque
 misericordiam tuam & veritatē tuam & eripies
 animam meam de medio catulorum leonum: &
 qui prius conturbatus eram, postmodū in pace
 in idipsum dormiā & requiescā. Vocauit Deus
 terram, & audiuit eum cum tremore. Cum enim
auditum fecit de cœlo iudiciū, auditu solo terra
 tremuit, & terrore purgata quieuit. Beati qui
 nunc eatenus excoquant in se omnem scoriā
peccati: vt tunc solo sufficiant timore purgari.
 Mecum siquidē seruo inutili & negligenti bene
 agitur, si vel per ignem saluus fiam: si crematis
 lignis, fœno, stipula, quæ mihi coaceruauī, vel se-
 miustus euadam. Et quidē comparatione mali,
 bonum vel per ignem saluari: sed indubitanter
 longē melius sola purgatiōe metus consummari:
 optimum autem & foelicissimum, nec metu tur-
 bari. Idcirco paratus esto o verus Israel in occur-

B iiij sum Do-

DE ADVENTV DOMINI

- sum Domini, non solū vt cūm venerit & pū-
 fauerit, aperias ei: sed etiā adhuc illo longē agēte
 alacer & gratulabundus occurras ei: & tanquā
 fiduciam habens in die iudicij, regnum eius ad-
 uenire pleno precēris affectu. Si ergo vistūc pa-
 ratus inueniri, ante iudiciū para iustitiam tibi:
 iuxta consiliū sapiētis, paratus sis ad omne opus
 bonum faciendū, paratus sis nihilominus ad o-
 mne malum patiendum: vt sine rēprehensione
 cordis canter ostuum, Paratū cor meum Deus,
 paratum cor meum. Paratum quidem, vt te coo-
 perante faciam digna: paratū, vt patiar indigna.
 Et adeo paratus ad vtrumque, quod cantabo &
 psallā in gloria mea: Id est, laudabo & gloriabor
 pro vtroque. Et statim in hoc ipsum se excitat,
 Exurge inquit Psalterium & cythara, id est,
 cor meum & caro mea, ad exultandum in Deum
 viuū. Cor, scilicet, propter spirituales actiones:
caro, propter suas passionēs. Cor nanq; sapiens
 quæ forsum sunt, psalterium est sonans de supe-
 riori: caro patiens quæ deorsum sunt, cythara so-
 nans ab inferiori. Sic & alibi deuotionem suam
 Dauid offerens Deo, Paratus sum, inquit, vt cu-
 stodiam mandata tua: & tam paratus, quod non
sum turbatus cūm tēratio irrueret, & persecutio
 grassaretur. Cūm persequeretur æmulus, male-
 diceret seruus, animam quæreret filius, non sum
 tamē turbatus, quo minus custodirem mandata
 perfectiōis euangelicæ, retribuētibus mala pro
 bonis retribuens bona pro malis: sollicitus de
 persecutorum salute, mœstus de morte, sustinēs
 à seruo

SERMO III. 13

à seruo exprobrari, nō sustinens ab amico vindicari. Ecce ante euangelii euangelica perfectio, charitas, scilicet patiens & benigna: etiā erga malignos quos tolerat. Quia igitur tam parat⁹ erat, fiducialiter Domino nimirū occurrebat. Sine iniquitate, inquit, cucurri, & direxi distortos quantum in me fuit. Tu igitur exurge in occursum meum occurrētis tibi, & quia nec sic pertingere possum ad celsitudinē tuā, nisi tu condescendēs, operi manuum tuarum porrigas dextrā, exurge in occursum meum, & vide si via iniquitatis in me est: & si inueneris quam nescio viā iniquitatis, amoue à me, & de lege tua misertus mei deduc me in via æterna, id est Christo, qui via est per quam itur, & eternitas ad quam peruenitur, via immaculata, mansio beata. Puto tamen quia & ante mansionem illam beatā si paraueris Domino viam immaculatam, ipse dignabitur sepius in via ponere gressus suos, dilatabitque subtus te gressus tuos, vt dilatato corde curras viā mandatorum, cuius angustum fortē causabaris initiū. Sapientia nanque, vt ipsa perhibet, in vijs iustitiæ ambulat, & qui continens est iustitiæ, apprehendet illam, & obuiabit illi quasi mater honorificata. Dignos se ipsa circuit quærens, & in vijs suis ostendit se illis. Si minus aut nunquam tibi eam occurrere conquereris: vide ne fortē viam tuam corruperis. Sic enim scriptum habes: Insipientia viri corrumpit viam suam: Deum autem causabitur in corde suo. Ipse siquidē stat ad ostium & pulsāt: vt si quis aperuerit ei, cœnet

Psal. 58.

Ibid. 138.

Christus

via æterna

Prouer. 8.

B v cum eo

DE ADVENTU DOMINI

Cant. 5.

cum eo cœlestis mensæ delicias. Loquitur spōsa, Vox dilecti mei pulsantis. Aperi mihi soror mea sponſa: Aperi mihi cor tuū & cibabo illud: Aperi mihi os tuum & implebo illud. Os meum, inquit

Psal. 118.

Christus

precū vio-

lencia deti-

nendus.

Dauid, aperui, & attraxi spiritum. Spiritus enim ante faciem nostrā Christus Dominus, nō modo inuitandus, sed & attrahendus quadam violētia

precis, vehementiaque feruoris in hospitium cordis: sicut de duobus discipulis in typū huius rei historia refert euangelij. Et ipse siquidem nō ob aliud, nisi vt probet deuotionem charitatis tuæ,

aliquando se fingit longius ire: sicut & duo angeli, Loth adorante & obsecrante vt intrarent,

Genes. 19.

disſimulabāt tamē dicentes: Minimē, sed manebimus in platea. Sed quid dicit scriptura? Compulit illos oppidō, vt diuerterēt ad eum. Pia vio-

Violentia

sancta qua

regnum cœ-

leste rapit-

tur.

lencia, & ua regnum cœleste rapitur, laudabilis importunitas quæ Christum hospitem, aut angelos promeretur. Sed quid est, inquis, quod Iesus fingit se longius ire? Quid nisi illud quod &

Luce 24.

Eccles 7.

Ecclesiastes confitetur de se dixi sapiens efficiar, & ipsa longius recessit à me? Hoc autem sponſa manifestius exponit, nostrā utique quotidianam

Cant. 5.

exprimens quærimoniā, vbi ait: Surrexi aperire dilecto meo: at ille declinauerat, atque transierat.

Quæſui illum, & non inueni: vocaui, & nō respōdit mihi, sicut nec mulieri Chananeæ. Spiritū quoque sapientiæ inuocabas, spiritū gratiæ quæ-

rebas in oratiōe: si tibi videtur longius recedere, ne desperes, sed importunius insiste, donec re-

Matth. 15

spōdeatur tibi, Magna est fides tua, fiat tibi sicut petisti.

petisti. Cū tamen inuitas Iesum, vide ne Deū
maiestatis ad sordidū & indignum inuites hospi-
tium, vbi nec te ipsum patiatur habitare quietum
vixor litigiosa, seu fumus, aut stillicidium. Non
enim nisi in pace fit locus eius: nec aliud quā
iustitia & iudiciū, præparatio sedis eius. Nūc
autē me, inquit, de die in diem quærunt, & scire
vias meas volunt: quasi gens quæ iustitiam fe-
cerit & iudiciū Dei sui nō dereliquerit. Iustitia,
inquit, & iudiciū præparatio sedis eius. Noli cau-
sari quasi sumptuosum sit, viresque tuæ excedat
paupertatis, tam magnifico, tamq; potenti præ-
parare domum hospiti. Habes ad manum vnde
id possis. Humanum dico propter infirmitatem
carnis tuæ, vel magis angustia mentis tuæ. Con-
fite te perfectè de præterito, bonam voluntatem
habe de cætero, pax hominibus bonæ volūtatis:
& hoc iudicio & iustitia, sedem altissimo præpa-
rasti. Vis manifestius audire de confessiōe, quod
eam oporteat fieri in præparatione aduētus Do-
mini? Iustus, ait scriptura, in initio sermonis, ac-
cusator est sui. Et quid sequitur? Venit amicus
eius, qui modo ante confessionem inimicus assi-
stebat longius. Cū enim dixit, Confitebor ad-
uersum me iniustitiam meam Domino: & ipse
remisit. Venit inquā & inuestigabit eum. Pror-
sus inuestigabit, tanquam potio valida, scrutans
corda & renes, pertingens vsque ad diuisionem
animæ & spiritus, exhauriens noxia de medullis
animæ, mentisque visceribus, purgans affectus,
vt fructum plus afferat: de cuius primitiis fru-

*Christi lo-
cus in pace
& quiete.
Esa. 58.*

Psal. 88.

*Quib⁹ mo-
dis Domino
locus pre-
tur.*

Prouer. 18

ctu con-

DE ADVEN. DO. SERMO III.

*Christus
interdum
expectat,
vt prior à
nobis inui-
tetur.*

Hiere. 13.

Esa. 64.

Psal. 100.

Etu confelsionis, iam gauder pater agricola. Ipse
tamen qui post confelsionem nonnunquam &
antequam inuocetur adest, nonnunquam expe-
ctat, vt tu prior eum inuites: & vt meritum tibi
augeat, sæpè diutius dissimulat: vt tu attentius
psallendo, instâtius orando, dulciter violentus,
intrare cõpellas. Alioquin planger propheta quòd
ciuitates Austri clausæ sint nullo introeûte. Cùm
ergo dicere potueris, Paratum cor meum Deus,
quia vacuatum à malis: paratum cor meum, quia
sanctis plenū desiderijs: tunc sedulus fac quod
sequitur, cantabo & psalmū dicam, Et quicunq;
sit sonus cantantis vel psallentis, hæc sit intentio
mentis. Exurge gloria mea, exurge in occursum
mei: quia quantū potui occurri tibi O benigne
Iesu, quàm alacer & pròptus, quàm lætus & fe-
stius occurris huiusmodi deuotioni: quàm hi-
larem te ostendis in vijs istis. Occurristi, inquit
Esaïas, lætanti & faciēti iustitiam: in vijs tuis re-
cordabuntur tui. Si enim psallas sapienter in via
immaculata, veniēs veniet qui & illuminabit abs-
condita tua, vt quæ nescis intelligas mysteria
scripturarum, eritque vt dicis, Psallam & intel-
ligam in via immaculata, quando venies ad me.
Excita Domine potentiā tuam, quæ exciter pi-
gritiam nostram in occursum tui: & veni vt
saluos nos facias Saluator mundi. qui
viuis & regnas Deus per omnia
secula seculorum.

Amen.

¶ SERMO

SERMO DE EO

dem IIII.



VOX CLAMANTIS in deserto, parate viam Domini. Primo omnium considerandam arbitror gratiam deserti, beatitudinem eremi: quæ ab initio gratiæ, quieti sanctorum meruit consecrari.

Esa. 40.

Consecrauit nobis planè habitationem deserti vox clamantis in deserto, Ioannes prædicās & tribuens baptismum pœnitentiæ in deserto: quanquam & ante ipsum quibusq; sanctissimis prophetarum, velut auditorium spiritus, amica semper fuerit solitudo. Longè tamen excellentior atque diuiniore ipsi loco gratia sanctificationis accessit, cum Iesus Ioanni successit: qui etiā antequam prædicaret pœnitentiam, locum pœnitentibus præparandum putauit, atque per dies quadraginta dum versatur in deserto, velut purificans locum, nouumq; nouæ vitæ dedicās locū, tyrannum qui incubabat, omnemq; malitiam & subtilitatem eius, non tam sibi quàm illis qui accolæ eremi futuri erāt, superauit. Si ergo elongasti fugiens & manes in solitudine: ibi permanes, ibi expecta eum qui te saluum faciet à pusillanimitate spiritus & tempestate. Quantalibet ingruat tibi tempestas bellorum, quantamcunq; patiaris in deserto penuriam etiam victualium: noli pusillanimitate spiritus redire mente in Aegyptum.

Solitudinis encomium.

DE ADVENTV DOMINI

gyptum. Felicius te pascet eremus manna, id est pane angelorū: quā Aegyptus ollis carniū. Ipse Iesus quidem in eremo ieiunauit: sed multitudinem sequentium se in deserto saepe & mirabiliter paui. Sepius autem & mirabilius te fatigabit: qui tāto gratiore merito, quāto sanctiore proposito secutus es eum in deserto. Cum enim diutius eum tui oblitum putaueris, ipse suę non immemor bonitatis, cōsolabitur te, & dicet tibi: Recordatus sum tui, miserans adolescentiā tuā, & charitatē desponsationis tuę: quando secuta es me in deserto. Tunc planē ponet desertū tuū, quasi delicias Paradisi: & ipse confiteberis, quia gloria libani data est ei, decor Carmeli & Saron. Sicut enim in multis hodie locis, etiā iuxta literā illud propheticū videmus impleri, pinguescent speciosa deserti, & deserta in vbertatē versa aduenę comedent: sic quilibet scripturę locus, qui antē tibi sterilis videbatur & aridus, repentē ad benedictionem Dei, mira replebitur tibi vbertate ac pinguedine spiritus: vt de saturitate mentis eructes hymnū laudis, Confiteantur, inquit, Domino, misericordię eius, & mirabilia eius filijs hominū: quia satiauit animā inanem, & aniam esurientem satiauit bonis. Illud sanē mirabili gratia prouisum est diuinę dispensationis, vt in his desertis nostris, & quietem habeamus solitudinis: nec tamen consolatione careamus gratę & sanctę societatis. Licet cuique sedere solitarium & tacere, eō quod neminem patiat interpellantem: nec tamen vř soli, eō quod nō habeat

Hiere. 2.

Psal. 64.

Psal. 106.

habeat confouentem, aut si ceciderit subleuantem. In frequētia hominū sumus, & sine turba sumus. Velut in vrbe versamur, nullum tamen tu-
multum patimur, quominus vox clamātis in de-
serto à nobis audiat: si modo interius sicut ex-

Eccles. 9.

terius silentium habeamus. Verba nanque sapi-
entum, ait Salomon, audiuntur in silentio, plus
quàm clamor principis inter stultos. Et nūc quo-
que si mediū silentiū teneat omnia interiora tua:
omnipotēs sermo tibi secretus illabetur de sede
paterna. Fœlix igitur, qui sic elongauit fugiēs tu-
multū mundi, qui tam procul recessit in secretū,
& solitudinem quietę mentis: vt nō modo vocē
verbi, sed & verbum ipsum, non Ioannem, sed
Iesum mereatur audire. Interim tamē quid vox
verbi nobis clamet audiamus: vt quandoque de
voce ad verbum proficiamus. Parate, inquit, viā

Esa. 40.

Domino: rectas facite semitas eius. Parat viam
qui corrigit vitam: rectam facit semitam, qui per
arctiorem se dirigit* vitam. Planē vita correctā,
via est recta, per quam Dominus veniat ad nos,
qui in hoc ipsum præuenit nos. A Domino si-
quidem gressus hominis dirigentur, & sic viam
eius volet: vt gratanter per eam veniens ad ho-
minem, cum eo iugiter ambulet. Nisi enim suum
ad nos aduentum ipse præueniat, qui est via, ve-
ritas, & vita: non potest via nostra corrigi secun-
dum regulam veritatis, ac per hoc nec dirigi ad
vitam æternitatis. In quo verò corrigit adoles-
cētiō viam suam, nisi in custodiendo sermones
eius, nisi insequendo vestigia eius, qui viam fecit
seipsum,

**viam.*

*Viā Domini
no parare
qui dicantur.*

DE ADVENTV DOMINI

- seipsum, qua veniamus ad ipsum? Utinam dirigantur viae meae ad custodiendas o Domine vias tuas: vt propter verba labiorum tuorum custodiam etiam vias duras. Et si dure videatur carni, quae infirma est: suaues & pulchrae videbuntur spiritui, si promptus est. Vię, inquit, eius, vię pulchre: & omnes semiteę eius pacifice. Non solum pacatae, sed & pacificae sunt viae sapientiae: quia cum placuerint Domino viae hominis, etiam inimicos eius conuertet ad pacem. Israel si in vijs meis, inquit, ambulasset: pro nihilo forsita inimicos eius humiliasset, & super tribulantes eum misisset manum meam. Quare enim contritio & infelicitas in vijs eorum: nisi quia viam pacis non cognouerunt? Ea propter si quando vidi hominem inquietum, contumacem, litigiosum, grauissima tentatione vexari, vel tribulatione flagellari, recordabar illius prouerbij: Semper iurgia querit malus, angelus autem crudelis mittetur contra eum, cui tradatur forsita in afflictionem carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini. Si tamen aliquando prosperatur via impiorum, noli emulari in eo qui prosperatur in via sua, in homine faciente iniustitias: quia haec via eorum scandalum ipsis, vt tanto liberius in mortem currat, quanto minus sepitur eis via qua ambulat. De istis sapiens loquitur: Via peccantium complanata lapidibus: sed in finem illorum inferi, tenebrae, & poene. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto descendunt ad inferos. Beati igitur immaculati in via, qui ambulat in via Domini, quia & si de torrente in via bibunt,

Prouer. 3.

Ibidē. 16.

Psal. 80.

Ibidē. 13.

Prouer. 17

Ecclesi. 21.

bibunt, propterea exaltabunt caput: quia caput
 suum quod sequuntur per viam passionis, conse-
 quentur in fine mansionis. Quicquid igitur oc-
 currerit vobis fratres in via Domini, læto ac di-
 latato corde currite viam mandatorum Dei: quia
 & si pusillanimis arcta videtur via, tamē recta est:
 & si dura videtur, immaculata est. Planē beati
 immaculati in via, qui sic immaculato calle tran-
 seunt viam mundi, vt non inquinent vestimenta
 sua: aut certē si inquinauerint, secundum beati-
 tudinis non amittunt locum: sed lauant vesti-
 menta sua baptismo pœnitentiæ, quo Ioannes
 baptizat in eremo, viam parās Domino. Via vti-
 que immaculata, castitas: via grata per quā Do-
 minus gratiæ dignāter veniat, cui propheta cātar,
 Deus meus impolluta via eius. Impolluta casti-
 tas virginis qua venit in vterum illius: impol-
 luta necesse est sit castitas hominis, qua veniat in
 animam illius. Fœlix conscientia, cui conuenit
 vox illa, Deus præcinxit me virtute continentię, *Psal. 17.*
 & posuit immaculatam viam meā. Veruntamen
 ne de castitate sine virtutib⁹ alijs glorieris, quasi
 iam viam immaculatā Domino paraueris: scito
 quia nihilominus necesse est, vt via hæc etiā recta
 sit, plana sit, vt etiam tenebrosa vel lubrica nō sit.
 Nam via impiorum tenebræ & lubricū: & an-
 gelus Domini persequens eos. Et via impiorum
 tenebrosa nesciunt vbi corruūt. Putamus ne fra-
 tres in aliquo nostrum inueniatur adhuc prauū
 aliquid in voluntatibus, asperum in morib⁹, te-
 nebrosū per ignorātiā sensus, lubricum per

G incon-

DE ADVENTV DOMINI

Esa. 40.

Ezech. 18

Volūtas bo
na initium
viæ Domini
ni.

Psal. 141.

Proner. 4.

inconstantiam actus? Quomodo autē scripturam
de via paranda implebimus: nisi sicut scriptū est
faciamus vt sint praua in directa, & aspera in vias
planas? Primō itaq; necesse est, vt si qua est in no-
bis praua & distorta voluntas, corrigatur: & ad
regulam diuinæ voluntatis dirigatur. Aliter vi-
debimur dicere, sicut impij dicunt, Non est recta
via Domini. Sed statim refellit nos irrefragabilis
veritas, & increpat terribilis seueritas. Nunquid
non viæ meæ rectæ sunt, & non magis viæ vestre
prauæ sunt? Qui igitur viā Domino parare festi-
nas, primō omnium bona sit voluntas: quoniā
in maleuolam animam non introibit sapientia.
Cum autē hoc modo posueris praua in directa,
scito quia non minus necesse est vt aspera sint in
vias planas: vt scilicet omnem morum compla-
nes asperitatem, & in quandam vitæ socialis ster-
nas equalitatem, ne mitis & suavis ille viator of-
fensus asperitate viæ resiliat. Quidni resiliaret ille
mitis & humilis corde, qui non nisi super man-
suetū requiescit & humilē: cum etiā humanus o-
mnis sensus refugiat & horreat hominē iracun-
dum & intractabilē? Sed & si eatenus profecisti
in via Domini, vt & propositum rectitudinis, &
disciplinā mansuetudinis assecutus sis, profecisti
quidem, sed non perfecisti: nisi lucerna sit pedi-
bus tuis verbum Dei, & lumē semitis tuis. In via
enim qua ambulabam, ait, absconderunt laqueū
mihī. Et sunt viæ quæ vidētur hominibus recte,
nouissimum autē earum ducit in profundum in-
ferni. Via enim impiorū tenebrosa, vt Solomon
ait:

ait: nesciunt ubi corruunt. Hoc & Dominus ait,
 Qui ambulat in tenebris, nescit quò vadat. At ve *Ioan. 12.*
 rò mandatum lucerna est, & lex lux, & via vitæ
 increpatio disciplinæ. Qui enim increpationes
 relinquit, errat. Si igitur lapis in via qua nunquã
 ambulasti, non ipse tibi doctor aut ductor eris:
 sed aurẽ magistris inclinabis, & increpationibus
 eorum acquiesces & consilijs, & operam sciẽtiæ
 & lectioni dabis, ne sero pœnitẽs dicas: Cur de- *Prouer. 5.*
 testatus sum disciplinam, & increpationibus nõ
 adqueuit cor meum: nec audiui vocem docen-
 tium me, & magistris non inclinaui aurẽ meam?
 Penẽ fui in omni malo, in medio ecclesiæ & syna-
 gogæ. Quod enim scientia legis liberet à laqueis,
 audi confitentẽ Dauid, Posuerũt peccatores la- *Psal. 28.*
 queũ mihi, sed de mandatis tuis nõ erraui. Quo-
 modo id potuisti? Quia hereditatẽ acquisiui te-
 stimonia tua, & in via testimoniorũ tuorũ dele-
 ctatus sum, sicut in omnib⁹ diuitijs. Me expecta-
 uerunt peccatores, vt perderent me: sed per hoc
 quasi, quia testimonia tua intellexi. Lex Dei, in-
 quit, in corde iusti: & per hoc nõ supplantabũtur
 gressus eius. Hinc & filius eius Salomon ait: Si- *Prouer. 12.*
 mulator ore decipit amicum suum, iusti autẽ libe-
 rabuntur scientia. Sed vtinam hæc via qua salutẽ
 vel Saluatorẽ suscipere debemus sicut iam non
 est tenebrosa per ignorantia veri: sic nec lubrica
 sit per inconstantia operis. Sed sicut Balaam ca-
 dens apertos habebat oculos: sic & nos, & vide- *Volentes*
 mus apertis oculis per scientiam, & cadimus per *sciẽtes pec-*
 negligentiam. Volentes & scientes peccamus, & *camus.*

DE ADVENTV DOMINI

libentes lubricamus: nec tam lubricum vię cau-
sari possumus, quàm propositum mentis, id est
pedem cui innitimur. Quis enim non ambulat
in lubrico, dum in mundo, dum in corpore viuit
luteo? Non igitur tam via quàm pes in culpa est,
qui in via Dei minus firmus est. Sed nūquid qui
cedit nō adiciet, vt resurgat? Septies cedit iustus
Prone. 24. in die, & septies refurgit. Dominus enim erigit
elisos, Dominus dirigit iustos. Nam si dicebam
motus est pes meus, misericordia tua Domine
adiuuabat me. Quando igitur aliter non potes,
cadens, surgens, viam ambula: clamans tamen
semper ei, quē sequi & consequi desideras, Per-
Psal. 16. fice gressus meos in semitis tuis: vt non moue-
antur vestigia mea. Et si via iniquitatis in me est,
vt est humana fragilitas: deduc me in via æterna:
quatenus per te qui es via & veritas, perueniam
ad te qui es veritas & vita æterna, tibi gloria per
æterna secula seculorum. Amen.

SERMO DE EO dem V.

Esa. 40.



PARATE viā Domino. Via Do-
mini fratres quam parare iube-
mur, ambulando paratur, parando
ambulat. Et licet multum
profeceritis in ea, semper tamen
vobis restat paranda: vt de his in
quæ peruenistis, tendatis & extendatis vos in
vltiora:

vlteriora: quatenus per singulos profectus, Dominus cuius aduētui via paratur, quasi nouus, ac seipso semper maior occurrat. Ideo bene iustus orat. Legē pone, mihi Domine viā iustificationū *Psalm. 118.*

tuarum, & exquiram eam semper. Ideo forsitan via æterna dicta est: quia licet prouidentia semitam cuiusque inuestigauerit, terminumq; constiterit quousque proficiat, terminum tamē non habet, illius in quam proficitis bonitatis natura.

Itaque sapiēs impigerque viator, cum consummatus fuerit tunc incipiet: ita scilicet obliuiscēs *Iustus semper ad persequēda*

que retro sunt, vt quotidie dicat sibi, Nunc cœpi. *sextiora*

Exultat vt gygas quem nil terreat ad currendam *sepe extenu* viam mandatorū Dei. Idithumq; factus, pigros dicit. qui in via residēt, facile transilit in impetu cursus sui. Et licet nouissimi diei hora venerit: consummatus in breui explet tempora multa: vt repēte de nouissimo primus, inter primos coronam accipiat. Sed nos qui de profectu viæ huius loquimur: vtinam vel initium eius apprehenderimus.

Meo nanque sensu atque iudicio non parum in *Proficiscens* ea proficit qui cœpit, si tamen verē cœpit, si viam non parum ciuitatis habitaculi inuenit. Quā pauci sunt, ait in via Dominus veritas, qui inueniunt eam: quā multi sunt qui *mini qui* in solitudine errant. Prorsus oēs solitarij, id est, cœpit.

N omnes superbi: qui se solos reputant. Nullus eorū adhuc dicere potest, Nunc cœpi, hęc mutatio dexterę excelsi. Non enim est illis commutatio, vt desināt esse quod erant: quia nō timuerunt Deum, cum initium sapiētiae sit timor Domini. Si initium sapientiae, nimirum & vię bonę.

Matth. 7.

DE ADVENTV DOMINI

Ipse nempe timor Domini, ipse est qui statim illud sapiens consilium generat in corde viri: vt dicere possit, Cogitavi vias meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua. Ipse confessionem persuadet: quam Psalmista initium boni operis esse docet. Incipite, inquit, Domino in confessione. Ipse ad pœnitentiã superbum inclinat, vt vocem clamantis in deserto, viamque parari iubentis, & vndè incipiendũ sit ostendentis audiat. Pœnitentiam agitq; appropinquauit enim regnũ cœlorum. Huic sententia consonat Salomonis: qui manifesta diffinitione rudes instruit dicens: **Prouer. 16.** Initium viæ bonæ, facere iusta. Quid est enim iusta facere, nisi pœnitentiã agere: nisi de nobis ipsis quod Deo debemus exigere, & quod rapuimus exoluere? Hęc est iustitia quę ante Dominũ ambulat, viamque ei placitam parat, sicut scriptum est, Iustitia ante eum ambulabit & ponet in via gressus suos. Sicut enim Ioannes IESVM, sic pœnitentia gratiã præcedit: illam scilicet gratiã, qua post satisfactionem reconciliati suscipimur in osculo pacis. In hac siquidẽ pœnitentiæ via grato atque hilari occurſu obuiant sibi, seseq; osculantur iustitia & pax: iustitia scilicet hominis se punientis, & pax Dei ignoscentis, letumq; ac iucundũ celebrant in osculo sancto fœdus reconciliationis. Deniq; ne parui æstimetur meriti hæc iustitia hominis de semetipſo facientis iudicium & iustitiam, nèue oratiunculæ & vota pigrorum se laboribus pœnitentiũ comparare præsumant, quid de ipsa Salomon sentiat, audiant.

Initium,

Initium, inquit, viæ bonæ facere iusta: accepta *Prover. 16*
autem Deo magis quàm immolare hostias. Si ergo videris hominem huic poenitentiæ professum, regularibus ac sanctis laboribus quorū debitor est singulares oratiunculas præferentem:ingere ei hæc sapientis sententiam, Initium viæ bonæ facere iusta, accepta autē magis Deo quàm immolare hostias. Similiter si videris hominē aduersus quem frater suus aliquid habet, munus seu laudum seu sacramentorum ad altare offerentem: repete ei nihilominus eundem sermonem, Initium viæ bonæ facere iusta, vt fratri reconcilieris: accepta autem Deo magis quàm immolare hostias. Nam & illo etiam spectat hæc sententia, vt datus eleemosynam, prius si quem defraudauit, vel simplū restituat. Sic & tu quoq; voluntaria oris tui beneplacita nullatenus Deo esse credideris, illa scilicet quæ in Psalmis, vel in orationibus secretis ei obtuleris: si propterea canonem Psalmorum ex regula constitutum negligentius exolueris. Nonne si rectē offeras, & non rectē diuidas peccasti? Rectas, inquit, facite semitas eius, *Esa. 40.* vos qui paratis viam Domini. **Q Domine tu parasti** directiones nobis, si modo nos rectē ambulemus in illis. **Tu legē posuisti** nobis viam iustificationum tuarum, per illum scilicet quē huius sanctę institutionis legiflatorem dedisti: Hęc via inquit, ambulate in ea, neq; ad dexteram, neque ad sinistram. Hęc via planē sicut propheta *Esa. 35.* promiserat, via directa nobis, ita vt stulti nō errarent per eam. Iunior fui, etenim senui: & nō vidi,

C iij si bene

DE ADVENTV DOMINI

Stultitia
commenda
bilis.

1. Cor. 3.

Prouer. 4.
Cautè am-
bulandum
in via Do-
mini.

si bene memini, stultum errantem per viam, cum vix aliquem sapientem viderim qui rectitudinē eius tenere potuerit. Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes: quos sapiētia vestra deuos abducit à via salutis, nec finit stultitiā sequi Saluatoris. Non ignorabat ille stultus propter Christum, quid hæc sapiētia terrena, animalis, diabolica mali faciat, qui dicebat, Si quis sapiēs esse videtur in hoc seculo: stultus fiat vt sit sapiēs apud Deū. Optabilis stultitia quæ diuino iudicio reputatur sapientia, quæ hominem non finit errare de via. Hæc stultitia, nisi fallor, est illa de sursum sapientia, pudica, pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens: à quibus omnibus quàm procul abhorreat sapiēs in oculis suis, vtinam nunquam experientia ipsa probasset in oculis nostris. Sed si contristat nos arrogantia, seu peruicacia huiusmodi sapientiū, consolatur abundantius nostrorū pax atque modestia stultorum, qui quantò minus sibi credūt, tantò suadibiliores bonis consentiunt. Tales itaque stulti non errant facili de via Dei: sed iuxta verbum prophete semper audiunt vocem post tergum monentis. Hæc via, ambulate in ea, neque ad dexteram, neque ad sinistram: ne scilicet per feruorem excedentes modum, aut per teporem subsistentes citra modum, legem præscriptam viamque deseratis regiam. Spiritus est ad dexterā, caro est ad sinistrā: & hæc sibi colluctātia semper sibi aduersantur, vt non quæcunq; vult, siue ista, siue illa faciamus: ne si plus iusto sequimur im-
petum

petum spiritus, declinemus ad dexteram, aut si plus iusto carni indulgemus, deuitemus ad sinistram. Hanc denique viam iustificationum Domini, viam veritatis quam elegistis, quâ laude prædicet Esaias, delectat me cum charitate vestra recordari. Et erit, inquit, ibi, id est, in antiquis *Esai. 35.* cubilibus draconum in terra ytique deserta & inuia, semita & via, sicut hodie cernere est: quia in feris & incultis hominibus qui sine lege viuebant, in ipsis inuenitur ordo vitæ, & disciplina. Et hæc via, inquit, sancta vocabitur: quia nimirum sanctificatio est peccatorum, perditorumq; salus. Quanta verò virtute ac reuerentia sanctitatis præmineat, inde probat propheta, quia non transibit, inquit, pollutus per eam. O mi Esaiâ, ibunt igitur qui polluti sunt per aliam viâ? Imò potius huc omnes huc veniant, hac incedant: immundis enim præcipuè Christus hanc viâ strauit, qui venit querere & saluū facere quod perierat in vijs seculi. Quid igitur? Transibit pollutus per viam sanctâ? Absit. Veniat quantumlibet pollutus ad eam: non tamen transibit pollutus per eam: quia cum transferit, iam pollutus non erit. Admittit quidem via sancta pollutum, sed statim abluit admissum: quia diluit omne commissum, tanquam verè baptismus alter pœnitentiū. Hic planè hic baptizat nō Ioannes, sed IESVS baptismo pœnitentiæ, hic patet fons domus Dauid in ablutionem peccatoris & menstruata. Propterea nanq; via hæc pollutum admittit, sed pollutum non transmittit: quia via arcta est, & quasi

C v foramen

DE ADVENTV DOMINI

*Serpentis
prudentia
imitanda.*

Esai. 35.

Prover. 10

foramen illud angustum est quo serpens inno-
uandus cum exuuijs suę vetustatis venire potest,
sed cum ipsis transire nõ potest: sed nouum suaq;
nuditate melius vestitũ transitus angustia traij-
cit, extricans omnem quem attulerat squalorem
vetustatis. Bene ergo prudentiam serpentis imi-
tari rogamur: qui nec aliter innouari possumus,
nisi per angustum coartemur. Sanè quòd illius
antiqui serpentis insidias euadamus, si per hanc
arctam viam huius noui serpentis exemplũ se-
quamur: Esaias promittit, qui de eadẽ via subdit:
Non erit ibi leo, & mala bestia non ascendet per
eam, nec inuenietur ibi. Securi ergo simus, si de
via non exorbitamus. Potest leo ille qui circuit
quærens quem deuorèt, iuxta iter scandala po-
nere, laqueos abscondere, viatores rugitu terrere,
sed persistentes in via lædere non potest, quippe
cui via ipsa terror & supplicium est: Fortitudo nepe
simplicis via Domini, & paor his qui operatur
malum. Si ergo in via es, hoc solum time ne de-
uias, ne Dominum offendas qui te per viã ducit:
vt dimittat te vagũ in via cõdis tui, præter eum
ne timeas alienũ. Quod si nimis arctam viã cau-
saris, prospice finem, quò te via ducit. Si enim o-
mnis consummationis videris finem, continuo
dices, latum mandatũ tuum nimis. Si minus vi-
dere potes: crede videnti Esaiæ qui oculus tui
corporis est. Ipse vtcunq; videbat, cum id quod
sequitur dicebat, Et ambulabunt hanc viam qui
liberati fuerint & redempti à Domino: & veniẽt
in Sion cum laude: & lætitia sempiterna super
capita

capita eorum. Gaudium quoque & letitiam ob-
tinebunt, fugiet dolor & gemitus. Qui satis hunc
finem cogitat: puto quia non solum viam dilatat
sibi, sed etiam pennas, ut iam non ambulet sed vo-
let, assumit sibi. Semper ergo fratres cogitate fi-
nem præmiorum: & cum omni facilitate & ala-
critate curretis viam mandatorum. Per ipsam vos
deducat & perducatur ipse, qui est via currentium,
& brauium peruenientium Christus IESVS,
cui honor & gloria per omnia secula seculorum. Amen.

Sermo de Nati- uitate Domini.



VER NATVS EST *Esa. 9.*

nobis. Puer antiquus dierum.

Puer, forma corporis & æta-
te: antiquus dierum, incom-
prehensibili verbi æternitate.

Quamquã & in ipsa sua die-
rum antiquitate, & si puer

non sit, nouus tamen semper sit, imò non tam no-
uus sit, quam ipsa nouitas, in se semper manens,
& innouans omnia, à quo quæq; res prout rece-
dit inueteratur, prout reaccedit renouatur. Et
nouo quodam modo, vnde antiquus inde nouus:
quoniam quidem eternitas ipsius, sine initio nas-
cendi,

DE NATIVIT. DOMINI

cendi, sine defectu veterascendi, ipsa est & antiqua novitas, & nova antiquitas ipsius. Alia tamē est novitas huius tēporalis natiuitatis, qua puer natus est nobis innouandis: qui ab eterno Deus natus est angelis beatificandis. Illa quidem natiuitas amplioris glorię: sed ista profusioris misericordię. Ista siquidē ppter me, qui misericordia indigebam: quoniam miseria circundatus eram, & miseria quam expiare non poteram. Ostende nobis Domine misericordiā tuā, qui nondū idonei sumus videre gloriā tuā: appareat benignitas & humanitas Saluatoris nostri Dei, vt per hanc digni efficiamur & idonei, quibus appareat maiestas & diuinitas creatoris nostri Dei. Ostēde nobis Domine misericordiam tuam, nostra indutam miseria, & nouo miserendi genere de ipsa miseria miserorum operantem remedia. Ad hoc siquidem ars misericordię beatitudinem Dei & miseriam hominis in vnitatem mediatoris temperauit: vt operante sacramento vnitatis per virtutem resurrectionis, beatitudo miseriam absorbeat, mortemque vita deglutiat, & totus homo glorificandus in diuinę consortiū naturę trāseat. Vique adeo autem vniuersas infirmitates carnis quibus ob culpā humana subiacet natura, absq; culpa videlicet dignatio suscepit diuina, vt nec infantię recusaret iniurias, nec alia quā cōis habet. cōditio, fortiri vellet exordia: excepto sane quod per spiritū sanctū immaculatus nascens de immaculata, vitia nostrę originis emendabat, atque secundę natiuitatis nobis sacramenta dedicabat.

dicabat. Itaq; paruulus natus est nobis: & Deus
maiestatis exinaniēs semetipsum, nō solū ter-
reno mortaliū corpori, sed etiam infirmæ ac pu-
sillæ infantium se configurauit ætati. O beata in-
fantia, cuius infirmum & stultum fortius & sa-
pientius est omnibus hominibus: quia nimirum
Dei virtus & Dei sapientia sua in nostris diuina
operatur humanis. Huius siquidem infantis in-
firmas, principem mundi triumphat, fortē ar-
matum ligat, crudelem tyrannum captiuat, &
captiuitatem nostram absoluit & liberat. Huius
infantis muta (vt videtur) & elinguis simplicitas,
linguas infantium facit disertas, linguis hominū
loqui facit & angelorū: linguas diuidens igneas.
Inscius iste, vt videtur, ipse est qui docet hominē
scientiam & angelum: tanquā verē Deus scien-
tiarum, sapientia Dei, & verbū. O sacra & dulcis
infantia, quæ veram humanis cordibus innocen-
tiam infudisti: per quam omnis ætas in beatam
redeat infantiam, tibi quæ conformis fiat, nō pu-
sillitate membrorū, sed humilitate sensus, & pie-
tate morū. Prorsus vos filij Adæ qui nimis gran-
des estis in oculis vestris, & in giganteam enor-
mitatem per superbiam excreuistis: nisi conuersi
fueritis & effecti sicut paruulus iste, non intrabi-
tis in regnum cœlorum. Ego sum ostium regni,
ait paruulus iste: nisi incuruetur altitudo virorū,
non eos admittit istius humilitas ianux. Ideo ni-
mirum conquassabit capita in terra multorum:
& qui elati accedunt, repulsi capite illiso cadent
retrosum. Quid enim? Adhuc tu superbis terra
& cinis,

*Chrſti in-
fantis infir-
mitas mun-
di tyrannū
deuicit.*

Superbien

& cinis,

DE NATIVIT. DOMINI

dum nō est & cinis, postq̄ Deus factus est humilis: Adhuc tu
post tantā magnus es in oculis tuis, postq̄ Deus parvus fa-
Christi hu ctus est sub oculis tuis: Ille semetipsum exinanis-
militatem. uit, vt penē videretur esse nihil, sine quo factum

Ecc̃l̃ i. 3.

est nihil: & tu in immensum inflaris & extolleris
 existimās te aliquid esse, cum verē sis nihil: Ipse te
 seducis, clamat tibi Apostolus, cum & si aliquid
 esses, si magnū aliquid esses: tantō magis humi-
 liari te oporteret. Quanto, inquit sapiēs, magnus
 es, humilia te in omnib⁹, & inuenies gratiā corā
 Deo qui superbis resistit, humilibus aut dat gra-
 tiam: qui & ipse vt tibi fieret exemplū, cum esset
 maximus oīm, fact⁹ est humillimus & minimus
 oīm. Parū erat ei, vt fieret minor angelis condi-
 tiōe mortalis naturæ: nisi & hominib⁹ minor fie-
 ret etate imbecillis infantie. Videat igitur pius &
 humilis, & gloriatur: videat impius & superbus,
 & confundatur. Videat, inquā, Deū immensum
 paruulū factū, & infantulū adorandū, stupendū
 mysterium, redemptionem piorum, gloriā hu-
 milium, iudiciū impiorū, ruinā superborū.
 O venerandum ac tremendū mysterium, quā
 sanctū & terribile est nomen tuum, fons miseri-
 cordiarum, & abyssus iudiciorum. Quis de hoc
 fonte bibit, & non amauit? Quis hanc abyssum
 considerauit, & non expauit? Qui non amauit,
 nequam & impius est: sicut qui non expauit, ve-
 cors & insensatus est. Nihil tamē est cur iudiciū
 expauescas: si non aduersus misericordiam inso-
 lesas. Et ipse siquidē mallet amari, quā serui-
 liter timeri: magisq̄ probat quod liber ac vo-
 luntarius

luntarius offert affectus filiorū, quān quod co-
actitius extorquet metus seruulorū. Ideo & nūc *Christ⁹ ad*
cum primò se manifestauit mortalibus, puerum *nos veniēs*
se maluit exhibere, magisq̃ue amabilis quān ter *adferebat*
ribilis apparere: vt quia saluare veniebat & non *vndē pro*
iudicare, preferret interim vndē puocaret amo- *uocaret de*
rem, differret vndē incutere posset timorē. Cum *morem, dia*
fiducia igitur accedamus ad thronū gratiæ eius, *stulit vndē*
qui nec cogitare sine tremore poteram⁹ de thro *incutere*
no gloriæ eius. Nihil hic terroris, nihil seueritatis *posset timo*
quam metuas: sed omnimoda benignitas atque *rem.*
mansuetudo, de qua præsumas. Et si potestas &
terror apud ipsum est: totum tamen interim dis-
simulat, donec pœnitenti parcat, confitentem
recipiat. Ne sit tibi scrupulo quod grauiter deli-
quisti, nescit puer læsus irasci: aut si irascitur, fa-
cilè potest placari. Verè nihil placabilius animo *Christus*
huius pueri qui in hoc ipsum pacem tuam satisf- *prior legas*
factionemq̃; præuenit, priorq̃ue legatos de pace *tos de pace*
mittit: vt qui reus es, velis recôciliari. Tantūmo- *ad nos mit*
do velis, & verè perfectēq̃; velis, non modo veniā *tit.*
indulgebit, sed & gratiam cumulabit: quinimo
lucrum non mediocrè deputans, ouem recupa-
rasse perditam, diem festum aget cum angelis.
Congruebat ergo cum diuina māsuetudine etas
innocentiæ ac facilis infantie, satisq̃; conueniēter
& commodè salutē peccatorū ab hac exorditus
est ætate: vt quos reatus propriæ terrebat con-
sciētia, spes consolaretur nō difficilis indulgenti-
æ. O puer dulcissime, Iesu bone, quān magna
est multitudo dulcedinis tuæ, quam abscondisti
timenti-

DE NATIVIT. DOMINI

timentibus te, & perficies sperantibus in te: qui tantā exhibuisti necdū scientibuste. Prorsus dulcedo incōparabilis, & pietas ineffabilis, vt Deū qui creauit me, videam puerū creatum propter me: Deusq; maiestatis & gloriæ nō solū similis mihi fiat corporis veritate, sed etiam miserabilis, & velut humanæ indigens opis appareat ætatis infirmitate. Verè tu puer Deus, salutare vultus mei & Deus meus, cum totus sis dulcedo & desiderium: dulciorem tamen te mihi facit teneritudo membrorum. Hæc nimirum te ^{capabile}capabilem facit sensibus & affectibus paruulorū, qui nondū sunt te solidum idonei capere cibum. Dulce interim, dulce prorsus & sapidum, cogitare & recogitare puerū Deum, qui etiā efficax & operatorium ad medendum ac dulcorandū si quis in nobis est rancorem animorum, sermonū amaritudinem, morū austeritatē. Neque enim crediderim vbi sensus & memoria fuerit huius diuinæ dulcedinis, locum iræ vel tristitiæ inueniri: sed omnis indignatio & amaritudo cum omni malitia tolletur à nobis. Ita fiet vt quasi modò geniti infantes, modò genitū infantem Dominum dignè laudemus, & in consonātia morum & vocum ex ore infantium & lactentium perficiatur laus infantis & lactentis Domini Iesu Christi: cui cum Patre & Spiritu sancto laus & iubilatio, per æterna secula seculorum. Amen.

SERMO

SERMO DE EO

dem II.



VER natus est nobis, & filius *Esa. 9.*
 datus est nobis. Inde probatur
 quod natus est nobis: quia scili-
 cet datus est nobis. Illis enim re-
 cte dicitur natus: quibus videtur
 datus. Et omnibus quidem gra-

tia natiuitatis huius oblata est: sed nō ab omni-
 bus suscepta est. Non enim omnium est fides. In-
 propria venit, & sui eum non receperunt. Inuti-
 liter autē natus esset, nisi & datus esset: frustra-
 factus esset filius hominis, si nō recepissent eum
 filij hominum, quibus daret potestatem filios Dei
 fieri. Væ tibi igitur Iudæa incredula, ingrata &
 impia: ablatum est à te regnū Dei, & datum est
 genti facienti fructus eius. Eiectus est Iesus de
 synagoga, sed susceptus est ab Ecclesia: Ereptus
 est de contradictionibus Iudeorum, constitutus
 est in caput Gentium. Ecce populus quem non
 cognouit seruiuit illi in auditu auris obediuit ei:
 cum de vobis filijs alienis, filijs sceleratis & pari-
 cidis, sit pij patris illa querela terribilis: Filios *Esa. 1.*
 enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me.
 Sed qui spernit, nunquit non & ipse spernetur?
 Quia repulistis verbum Dei (inquiunt apostoli) *Acto. 13.*
 & indignos vos iudicatis vitę eternę: ecce con-
 uertimur ad gentes. O fœlix gentilitas, ecce af-
 fertur tibi I E S V S, curre obuijs manibus, ex-
 D tende

DE NATIVIT. DOMINI

rende manus, expande sinus, deuotionem tuam
probet tam actus quàm affectus: filium qui tibi
offertur suscipe fide, amplexare affectu, semper-
que inter vbera tua commoretur. Et ecce videor
mihi audire vocem exultationis & confelsionis,
de cunctis partibus orbis: à sinibus terræ laudes
audio, gloriam iusti. Est autem vt sonus multi-
tudinis, vt sonus castrorum Dei, vox vna laudan-
tium & dicentiū, Puer natus est nobis, & filius
datus est nobis. Ipsa est (ni fallor) Ecclesia læta-
bunda & laudans toto orbe terrarū: pro eo quod
sibi natum, sibi datum amplexatur filium, quem
oblatum, sed ablatum meritò videt perfidiæ Iu-
dæorum. Lauda igitur sterilis quæ nō pariebas,
decanta laudem & iubila quæ non parturiebas:
quia per hunc filium qui datus est tibi, multi erūt
filij desertæ, magis quàm eius quæ vinculo legis
Deo maritata, ei videbatur adhærere. Tunc mi-
rabitur & dilatabitur cor tuū, tūc dices in corde
tuo: Quis genuit mihi istos? Ego sterilis & non
pariens, transmigrata & captiua: & istos quis enu-
triuir? Ego destituta & sola, & isti vbi hic erant?
O mater incorrupta, virgo fœcunda, filius qui
datus est tibi, hos tibi dedit. Est enim filius altis-
simi, cui pater istos adoptauit, vt sint omnes con-
formes imaginis eius, & sit ipse primogenitus in
multis fratribus. Dilata, inquit, itaque locū ten-
torij tui ab ortu ad occasum, & à mari ad mare:
quia ad dexteram & ad læuam penetrabis, & se-
men tuum gentes hereditabit. Iste nanq; vnige-
nitus Mariæ, primogenitus est omnis creaturæ,
cui dici-

Esai. 54.

Ibidem.

Gen. 1.

Gen. 1.

cui dicitur à patre: Postula à me, & dabo tibi gen^{Psal. 2.}
 tes hæreditatem tuam: & possessionem tuam
 terminos terre. Sicut autẽ suscepto Dei filio Ec-
 clesia sterilis peperit plurimos, & roborata est:
 ita ipso eiecto æmula eius synagoga quæ multos
 filios habebat, infirmata est. Ideo cùm hodie Ec-
 clesia gratulabunda de dato sibi filio, gratiarum
 actione & voce laudis repleat cœlos: illa muta
 sedet in tenebris, aut certè eiulatu fatigat infe-
 ros. Misera & cæca cur non aduertit quàm mani-
 festè Deus eius ad nos transferit: quàm euiden-
 ter ipsa repudiata solumque retinente libellum
 repudij, literam dico legis, quæ adulteria ipsius *Libellus*
 coarguit, vniuersam dotem ipsius, ad nouã spon- *repudij In*
 sus nuptiã transfulerit? Ecce in manibus nostris *deus datus*
 tabulæ matrimonij, in duobus testamentis: ecce *est litera*
 sacramenta vnctionum, dignitas regum, ordo sa- *legis.*
 cerdotum, ministeria leuitarum, cultus templi &
 vasorum, sacrificiorum veritas, omnis denique
 ipsorum gloria trãslata ab ipsis, collata est nobis:
 quia causa & veritas omnium, filius datus est no-
 bis. Ipse calicem legis, quæ in manu est media-
 toris, ex hoc Iudæo in hunc Christianum incli-
 nauit, & omne quod in ea merum ac verum fuit,
 eliquatum nobis transfudit: fæx sola quæ nõ est
 exinanita apud Iudæos remansit, ipsam bibunt,
 ipsa pars calicis eorum. Sed quid verbis moror?
 Nunquid enim potest enarrari, quæ & quãta data
 sunt nobis, cùm iste filius datus est nobis? Nõ-
 ne omne datum optimum, & omne donum per-
 fectum, ab ipso, & cum ipso, pariter ad nos des-

Dij cendit?

DE NATIVIT. DOMINI

cendit? Nōne vniuersas opes cœli, omnes the-
 zauros Dei, secum nobis aduexit? qui licet ad-
 huc in ipso contineantur absconditi, multa ta-
 men iam & magna, & quasi donatiuum pugna-
 turis erogauit, sed nihil omnia, ad ea quę victo-
 ribus reseruauit. Quis enumeret tot munera
 charismatum, tot genera virtutum, nostrorum
 scilicet varietatem armorum, subsidia sacramen-
 torum, fercula scripturarum, gradus & ordines
 ministrorum: in omni etate, sexu, & conditione,
 natione & lingua, tot martyrum trophæa, con-
 fessorum insignia, virginum coronas? Si miraris,
 inquit Ecclesia, vndē repenti mihi pauperulæ
 hæc multitudo diuitiarum, & magnitudo glorię:
 inde nimirū, quia filius Dei dat^o est nobis, Deus
 gratiæ, Dominus virtutum, & rex gloriæ. Imo
 magis mirum esset, si non sequerentur Domi-
 num bona sua, cū etiam ipse sit omnia bona. In-
 quirentes, inquit, Dominum, non minuētur o-
 mni bono, quantō magis suscipientes? Si enim
 miraris ista nobis per filium data, ego (vt plus
 mireris) adijciam omnia omnino nobis cum illo
 esse donata. Cū enim filiū per quem & in quo
 omnia subsistunt, pater nobis donauit, quomo-
 do non omnia nobis cum illo donauit? Omnia
 nostrā sunt ait Apostolus, quia noster est au-
 ctor omniū & Dominus: vt & si videamur tan-
 quam nihil habentes, inueniamur tamen omnia
 possidentes. Vides igitur quantum & quale da-
 tum sit filius, quamque probabile sit, quod de
 sapientia quæ ipse est, legitur, Venerunt mihi
 omnia

2. sal. 33.

1. Cor. 3.

Sapient. 7.

omnia

omnia bona cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius. Quare aut hoc ita inculco fratres mei? Quare, nisi ut discatis gloriari, quia filius datus est nobis: & quicquid mundus potest dare, aut promittere vobis, non modo vile & indignum ad illum, sed etiam detrimentum propter illum deputetis? Non quomodo mundus dat, ille dat vobis: tantum grati estote quia datus est vobis, & satagite ut amplius & perfectius detur vobis. Qui enim semel datus est mundo in forma carnis, & certis diebus aut horis datur fidelibus in specie panis scilicet in esu sacramenti sui: sepius & incertis horis datur deuotis, in gustu spiritus sui. Primum ad redemptionem, secundum ad sanctificationem, tertium etiam ad consolationem. Primum exigit ut fides sit recta, secundum ut conscientia pura, tertium ut deuotio prompta. Hæc mentem eleuat, ut gratiæ occurrat: cor aperit, ut excipiat: affectum dilatat, ut plurimum ipsius capiat. Non solum autem istam, sed & omnem gratiam abundare faciat in vobis, Deus omnis gratiæ filius qui datus est vobis: qui est Deus benedictus in secula seculorum.

Amen.

D iij SER-

SERMO DE EO
dem III.

Esa. 9.



*Christi na-
tiuitas
quàm no-
bis saluta-
ris.*

VER natus est nobis. Nobis
prorsus: non enim sibi, non ange-
lis. Sibi inquā natus nō est, vt sci-
licet hac natiuitate esse, aut me-
lius esse inciperet, qui antequam
temporaliter nasceretur, eterna-
liter erat, & perfecta beatitudo sibi erat, quia de
Deo perfecto Deus perfectus natus erat. Ange-
lis natus non est, quia nec angelus ille qui in ve-
ritate stabat, reparatiōe indigebat: nec illius qui
ceciderat casus reparabilis erat. Ideo nusquam
angelos apprehendit, sed semen Abrahæ appre-
hendit: & qui Deus natus erat sibi, puer natus
est nobis: se quodāmodo relinquēs, & angelos
transiliens, vt ad nos vsque deueniēs vnus fieret
ē nobis: & exinanitus semetipso, minoratus ab
angelis, æqualis fieret nobis. Qui igitur natus æ-
ternaliter sibi & angelis erat beatitudo, nat⁹ tem-
poraliter nobis, factus est nobis redemptio: quia
nos solos laborare videbat antiquo nostræ nati-
uitatis præiudicio. Quàm fœlix, quàm amabilis
natiuitas tua, puer Iesu, quę natiuitatē omnium
emendat, conditionem reformat, præiudicium
soluit, chirographum damnatæ naturæ rescin-
dit: vt si quem piget damnabiliter esse natum,
possit fœlicissimē renasci. Quotquot enim te re-
ceperunt, dedisti eis potestatem filios Dei fieri.

Gratias

Gratias gratuitaę atque gratiosę natiuitati tuę,
 Deus fili hominis: per quam accessum habemus
 in gratiã istam in qua stamus, & gloriamur in spē
 glorię filiorũ Dei. Prorsus admirabile cõmer-
 ciũ, vt sumēs carnē, largiaris deitatē: commerciũ
 inquam charitate, non cupiditatũ contractũ, in-
 dulgentiæ quidē tuę gloriosum, sed indigentię
 meę omnino lucrosū. Verē tu puer miseri-
 cors, quē sola misericordia puerũ fecit, licet pa-
 riter misericordia & veritas in te obuiauerũt si-
 bi. Verē inquā tu misericors puer natus es no-
 bis, nō tibi: lucra nostra, nō augmēta tua nascēs
 de nobis quæstisti: qui ad hoc solũ nasci digna-
 tus es, vt nos minoratione tua proueheres, hu-
 miliatiōe glorificares. Tu exinanitus nos reple-
 sti, tu enim omnē tuę plenitudinē diuinitatis in
 hominē transfudisti. Transfudisti, sed nō confu-
 disti. Transfusum aut̃ Deum in hominē non di-
 cerem, si ad mensurā datũ huic homini spiritum
 audirem, si de omni sua plenitudine, penes Deũ
 aliquid resedisset, quod non in hominē, cui vni-
 tus est, effudisset. Meritò igitur oleum effusum
 nomen Dei hominis, vel certē vnguentum exi-
 nanitum, cū ita funditus Deus in hominē effu-
 sus sit: vt eum semetipsum exinanisse confiteatur
 fides Apostoli. Quāquam sic vtique se exina-
 niuit, vt in seipso nihil prorsus minuerit, aut mu-
 tauerit: nec alia esse potuit naturę immutabilis
 exinanitio, quā naturę nostrę, quę terra inanis
 & vacua est assumptio. Magna prorsus exinani-
 tio ista in oculis videntium, vt splendor glorię

Cant. I.

Christi
exinanitio
maxima.

D iij & figura

DE NATIVIT. DOMINI

Isa. 30.

& figura paternæ substantiæ, non nisi formam præferat seruilem, & in ipsa non habens speciem neque decorem. Quasi enim parum exinanitus esset, si homo solum fieret, etiam humanæ carnis gloriam ita funditus in se vacuauit, sapientiam infatuauit, infirmauit virtutem, minuitque magnitudinem: vt & in natiuitate minimum, & in passione se exhiberet nouissimum virorum, vnde nec reputauerunt eum. Vis autem videre Deum exinanitum à semetipso? Vide iacentem in præsepio. Ecce Deus noster *Esaia* ait, qui de tam longinquo vidit & cognouit præsepe Domini sui, imò Deū in præsepi. Ecce, inquit, Deus noster. Vbi quæso? In illo, inquit, præsepio. Infan-
tulum quidē ibi inuenio. Hūccine tu dicis illum esse, qui dicit, Cælum & terrā ego impleo, imò cuius maiestati angusta est omnis cæli latitudo? Pānis inuolutū video. Hūccine tu dicis illū esse, qui gloriā & decorē induit lucis inaccessibilis, amictus incircumscripto lumine, sicut vestimēto? Vagientē audio. Hiccine est qui in cælis tonat, sub cui⁹ vocis tonitruo, potestates angelicę submittūt alas suas? Sic est, inq̃t alius propheta satisfaciēs pro *Esaia*, omnino sic est, hic est Deus noster: sed exinanitus est, vt te repleat, & à se quodammodo deficere voluit, vt te reficiat. Conclamat oīs chorus prophetarū, vno spiritu, eademq; sentētia, & si aliq̃ voce diuersa, sic est, hic est Deus noster, & nō estimabitur alius præter eum, neq; enim est alius præter eum. Sed scio, inq̃t *Dauid*, scio, quia non credet signo huic, sed contradicet generatio

generatio praua & adultera Iudeorum: enarrate vos Apostoli in progenie altera gentium. Quid? Quoniam hic quem Iudæus iacentem in præsepi nec respicit, pendentem in cruce despicit: cum miro modo nascitur, non videt: cum mira operatur, inuidet: cum dira patitur, irridet. Hic, inquam, hic est Deus noster, in æternum & in seculū seculi: ipse reget nos in secula. Et ecce iam prædicantibus Apostolis, testificātibz prophetis, & si vellus siccatum est, sed areæ latitudo infusa est, & si cucurbita aruit, Niniuz saluata est, & amissio Iudeorum diuitiæ facta est mundi, & salus gentiū. Adorant omnes reges terre paruulum qui natus est nobis, omnes gentes seruiunt ei: quia si qui sunt qui non seruiant, vel non sint seruituri, quasi non sint, sic sunt coram eo: gens enim & regnum quod non seruierit ei, peribit. Iam tamen videmus & gaudemus impletū, quod per Esaiam fuerat à patre promissum. Viri sub-
Esa. 45.
limes ad te transibunt, tui erunt, post te ambula-
bunt, te adorabunt, teque deprecabūtur. Et me-
rito, inquit, quia in te tantū est Deus, & nō est absque te Deus. Verè tu es Deus absconditus, Deus Israel Saluator. Si vnquam manifestius, si expressius potuit dici Iesus Deus, nunquam credat Iudæus: aut certè si derogat hæc esse dicta de Iesu, ostendat alium in quo sit Deus, & qui sit Deus, nec præter eum Deus, quandoquidē nec personarum trinitatem fatetur, vt assignare possit Deū in quo sit Deus, ita vt alius Deus præter eum non sit. Sed hoc te perfide scandalizat, quod

D v ad piete-

DE NATIVIT. DOMINI

ad pietatē edificare debuerat, quod scilicet Deus absconditus, & homo oculis adhibitus est, tanquam lutum ex sputo quod ad videndū Deum cæcum illuminaret. Hoc, inquam, scandalo tibi est quod in infirmitate carnis, abscondita est fortitudo Dei, etiā in infirmitate crucis abscondita est fortitudo hominis Dei, quod inglorius inter viros aspectus eius, & forma eius inter filios hominū, vndē nec reputasti eum, sed putasti quasi leprosum, & percussū à Deo & humiliatum: cum Deus posuerit in eo, iniquitates omnium nostrum. Nam & tuā quoque suscepisset: si tu eam vel ad extremū deponere voluisses. At tu miser nō deponis, sed apponis iniquitatē super iniquitatem, super sanguinē prophetarū, sanguinē filij Dei & Apostolorū. Impone igitur, quandoquidē ita vis, impone iugū iniquitatū tuarum tibi & filijs tuis: mihi enim iugum Christi portare magis sedet, vt meas ipse portet iniquitates. Tu porta colligationes impietatis, fasciculos deprimentes: ego portem fasciculum myrrhæ, quem Maria mihi colligauit, pannisq̃ inuolutum in præsepi reposuit. Vos igitur fratres mei, qui cognouistis præsepe Domini vestri, Dominumq̃ in præsepi, quem Israel non cognouit, vos inquam quibus Saluator ideo nō viluit, quia misericors esse voluit, sed eō vobis tenerior est in affectu, quō minor est in aspectu, cantate & exultate & psallite: Puer natus est nobis, filius datus est nobis. De Iudæis quidem est natus, sed nobis est natus: quia illis ablatas, nobis est datus. Can-
tate Domi-

tate Domino canticum nouum : quia mirabilia
fecit. Notum fecit Dominus salutare suum: adeo
ut & asinus de gentib⁹ cognoscat in præsepi Do-
minum suum fœnū sibi factum, quia omnis caro
fœnum. In conspectu nanque gentium reuelauit
iustitiam suam, quā Iudæus ignorat, velum ad-
huc habens super faciē suam. Velum habet, quia
zelum tenet: vnde nec velum videt, sed inuidet,
quod puer natus est nobis filius datus est nobis:
nec inuidet quod cupiat habere sibi, sed quod
cupiat perire & mihi & sibi. Mallet emula & mala
meretrix infantem necari, quā viuū mihi dari:
sed iudicium nostri Salomonis, cuius sermo pe-
netrabilior omni gladio ancipiti, scrutans corda
& renes, in inuenienda matre non errauit. Date,
inquit, Ecclesię infantē viuū, hæc est enim ma-
ter eius: Quicumq; enim fecerit voluntatē eius,
ipse mater, & frater, & soror eius est. O Domine
Salomon tu matrem dicis: ego ancillam profi-
teor. Ancilla Christi sum: fiat mihi secundū ver-
bum tuum. Et quidem matrem amore & solici-
tudine me præstabo quantum potero: sed condi-
tionis meæ semper memor ero. O fratres hoc no-
men matris non est singulare prælatis, quamuis
specialis eis incumbat cura maternę sollicitudinis
& pietatis: commune est & vobis qui facitis vo-
luntatem Domini. Vtique & vos matres pueri
qui natus est vobis, & in vobis, ex quo videlicet
à timore Domini concepistis, & parturistis spi-
ritum salutis. Vigila igitur o mater sancta, vigila
super curam recens nati, donec formetur in te
Christus

3. Reg. 3.

DE NATIVIT. DOMINI

Christus qui natus est tibi: quia quò tenerior est
eò facilius potest perire tibi, qui nunquam perit
sibi. Spiritus siquidem qui in te est, si tibi extin-
ctus fuerit, redit ad Deum qui dedit illum. Vi-
gila in quâ super curam recens nati, memor quo-
nam æmula tua dormiens oppressit filium, qui
datus erat ei. Quæ est enim illa, nisi carnalis ani-
ma, quæ spiritû extinguit negligentia & inertia?
huiusmodi hoïes, cum religionis amiserint fer-
uorem, ipsius tamen sibi arrogant gloriam & no-
men. Inde contentiones carnalium aduersus spi-
ritales, etiam in capitulis, vbi verus Salomon in-
uisibiliter iudex præsidet. Filius meus, inquit
carnales, vivit, & tuus mortuus est: ego spiritû
Dei habeo, tu non habes: in me vivit amor Dei,
in te mortuus est: dum scilicet æmulantur sibi
religionis auctoritatem, cuius spirituales habent
veritatem: vt subducta eis auctoritate, consue-
tudines inducant pro sui sensus libidine. Et re-
vera quidem mater vult æmulæ dari vivum &
integrum infantem, non invidēs ei gloriâ, dum-
modo habeat & virtutem: sed illa, nec mihi in-
quit, nec tibi sit, sed diuidatur: quia nimirû san-
ctitatis sibi cupit retinere honorem, & alijs relin-
quere laborem. Sed nō errat qui iudicat, & si ali-
quandiu dissimulat. Gladius Salomonis matrē
inuenit cui adiudicat indiuisum: sicut affectum
charitatis, sic effectum potestatis: sicut feruorem
operandi, sic fauorem imperandi. Vos itaq; fra-
tres in quibus fides per dilectionem operâs, nata
est de spiritu sancto, custodite eam, pascite, nu-
trite,

trite, tanquam paruulum IESVM, donec formetur in vobis puer qui natus est nobis: qui non solum nascendo, sed viuendo & moriendo formam cui conformetur tradidit nobis. Memor quippe semper quod nō nisi nobis natus fuit, nec nisi nobis viuere voluit, nec mori nisi pro nobis: qui pro se non habuit, vt & nos per ipsum renasceremur, secundum ipsum viueremus, in ipso moreremur, qui viuit & regnat per omnia secula seculorum. Amen.

SERMO DE EO dem III.

Gal. 4.



CCE iam venit plenitudo temporis. Plenitudo ista temporis apud Paulum accipitur, seu propter abundantiam gratiæ, seu propter adimpletionem præcedentis prophetiæ, seu propter pleniorē ætatem fidei adultæ. De singulis videamus. Omnium plenitudo bonorū, Christus Dominus est: quippe qui omnibus thesauris sapientiæ & scientiæ Dei totiusque gratiæ plenus est, imo in quo omnis plenitudo diuinitatis habitat corporaliter. Viderunt Apostoli plenum gratiæ & veritatis, & de plenitudine eius omnes acceperunt: adeo vt nouissimus eorum & abortiuus Paulus vas electionis, de plenitudine quam acceperat, disseminaret vbique plenitudinē gratiæ & veritatis:

Omnium bonorum plenitudo est Christus.

& veritatis:

DE NATIVIT. DOMINI

& veritatis: clamans & dicens, Ecce iam venit plenitudo temporis. Cum enim plenus omnibus bonis natus esset temporaliter auctor temporis, quid ni plenitudinem attulisset temporis? Cum cœli rorarent desuper & nubes plueret iustum, Saluatorem terra germinaret, tanta supernæ benedictionis vbertas quid ni fecunditatē terris omnibus præstaret? Benedixisti Domine terrā tuam, dedisti benignitatem, & terra nostra dedit fructum suum: videlicet de vno grano frumēti, quod germinavit alius virginis, vbique terrarū pullulante copiosa messe fideliū. Nolo enim hāc plenitudinē temporis requiras in copia bonorū temporalium, sed æternorum: non in prouentu agrorum, sed cœlorum. Si cœli rorant desuper, & nubes pluunt iustum, si terra germinat Saluatorem & iustitia oritur simul, si denique oritur in diebus Domini non solū iustitia, sed & abundantia pacis: feliciora tēpora ne quesieris, quando & regnum Dei nihil aliud est quā iustitia, & pax & gaudium in spiritu sancto, quod de illis procedit. Nam & nostrorum temporum ille status iudicatur optimus atque pulcherrimus: cum & iustitia moribus imponit disciplinam, & abundantia cum pace quietem vitæ præstat & lætitiā. Denique misericordia Domini plena est terra, benedixit Dominus coronæ anni benignitatis suæ, & campi eius repleti sunt vbertate, totius gratiæ spiritalis: quis nisi ingratus plenitudinem neget temporis? Quæ vnquam aurea ætas simile aliquid habuit huius plenitudini temporis,

poris, quando panis angelorum omnem habens
saporem suauitatis, & omne delectamentum, ap-
ponitur etiam iumentis: & non solum homines,
sed & iumenta cibo pascuntur cœlesti? Homines *Psal. 35.*
enim & iumēta saluabis Domine, quemadmodū
multiplicasti misericordiā tuam Deus. Infinitē
multiplex hęc tua Deus misericordia, vt qui pa-
nis es angelorum non solum hominum dites ac
beatifices mensas: sed etiam fœnum factus iu-
mentorū repleas pręsepia. Confiteris ō Domine
sapientiā misericors, quia sapientibus & insipien-
tibus debitor es, vt qui vtrosq; fecisti, vtrifq; ne-
cessariam alimoniam procures: & tam homines
quā iumenta tam spiritales quā aiales, suo
quemque gradu & ordine salues. Confiteantur
igitur Domino misericordiæ eius, & mirabilia
eius filijs hominū: quia misit verbū suū carnem
factum, medicinam & escam omnium: vt etiam
incapaces verbi sanentur tamen & satientur car-
ne verbi. Edant itaque pauperes & saturētur, &
confiteantur venisse beatam temporis pleni-
tudinē, quando & in pręsepibus suis paratū sine
sudore vultus sui panem inueniunt cœlestem.
Nunquid ergo mugiet bos cum ante pręsepe sic *Iob 6.*
plēnū steterit? Mugiat, sed pręgaudio spiritus &
iubilo cordis quia pręsepe Domini sui, imō Do-
minum in pręsepi suo cognouit. Libet autē adhuc
manifestū videre, Christus veniēs ē cœlis quan-
tam plenitudinē temporis aduexerit: quā fa-
cili & exiguo precio omne preciosum comparari
posse decreuerit. Duobus minutis, seu calice aque *Sola bona*
frigida,

DE NATIVIT. DOMINI

*voluntate
iā à diebus
Christi, e-
mitur re-
gnū cælo-
rum.*

frigidæ, aut certè sola bona voluntate iam à die-
bus eius emitur regnum cœlorum, quanquam
etiam nunc vix inueniat emptorem in tanta mule-
titudine diuitum. Proh pudor, etiam nos ipsi qui
iam emere cœpimus, iam tabulas emptiōis con-
scripsimus, iam pignus hæreditatis accepimus,
etiā nos, inquā, totiens à pacto resiliimus, ac penè
cōplaciti pœnitemus: quærimur, murmuramus,
quasi in negotio simus circūuenti, quasi magnū
sit illud propè nihil quod exigitur à nobis. Bene
Proue. 20. de nobis prophetauit scriptura, Malum est, ma-
lum est, dicit oīs emptor: & cūm recesserit glo-
riabitur. An non meritò poterit gloriari, qui im-
mensum illud & æternū pondūs gloriæ, hoc leui
& momentaneo tribulatiōis suę cōparauerit, qui
sic pro nihilo saluus factus fuerit? At nunc quo-
tidianas hinc inde querelas & molesta murmura
audias, malum hoc, malum illud: graue hoc, im-
portabile illud: quis tanta ac talia ferat? Ita nemo
ferè est qui dignè pro meritò sui rem æstimans
Rom. 8. dicat: Non sunt condignæ passiōes huius tem-
poris ad futuram gloriā quæ reuelabitur in no-
bis, nisi tūc demum cūm cœperit reuelari. Tunc
planè gloriabitur qui modo detrahit, ac de pre-
cio se grauari gemit: cūm scilicet de foro, id est,
de mundo hoc vbi contractus celebratur huius
commercij recesserit, & in domū æternitatis suę
secum ferēs rem tantā tantillo emptam, redierit.
Homo planè secundum cor Dei erat ille, homo
simplex sine querela, qui ab hac arte, imò inertia
& infidelitate emptorum alienus erat, David lo-
quor

quor qui dicebat: Quoniam non cognoui nego- *Psal. 70.*
 ciationem, Domine memorabor iustitiæ tuæ so-
 lius. Iustitiæ meæ nullatenus memorabor, ut la- *Iustitiæ*
 bores meos exaggerem, merita magnificem: po- *nostra im-*
 tius memorabor iustitiæ tuæ solius, qui gratis *memores,*
 obligasti te mihi promissorem. In veritate tua *totum mi-*
 exaudi me in tua iustitia, & non intres in iudiciū *sericordiae*
 cum seruo tuo: qui si voluero me iustificare, os *Dei com-*
 meum condemnabit me. Per hoc enim, inquit, *mittere de-*
 introibo in potentias Domini, quia scilicet iusti- *bemus.*
 tias meas non statuam: per hoc potentem me fa-
 ciet & nunc in prelio, & tunc in regno: quia sem-
 per infirmitates meas confitebor. Cum enim in-
 firmor, tunc potens sum. Sicut ergo prudenter
 apud Deum causam agit, qui iustitiæ suæ imme-
 mor totū misericordiæ committit: sic prudenter
 emit, qui omnem fictionem atque auaritiam ne-
 gotiationis scire renuit, qui inuenta illa preciosa
 margarita non solum omnia sua, sed & seipsum
 ultro, ac desideratè impedit. At nos tepidi, ficti,
 ingrati, indeuoti, voluptatum amatores magis
 quam Dei, vix ab illa voce infidelis & nequissimi
 murmuris malū est, malū est, valemus compesci:
 etiam postquam gustauimus & vidimus sicut de
 muliere forti scriptum est, quoniam bona est ne-
 gociatio nostra. Adhuc ferebat me quidā impla- *Prouer. 31.*
 cabilis zelus aduersus ingratitudinem, & infide-
 litatem huius temporis nostri: sed reuocat me de
 qua sermonem institui sancta ac beata plenitudo
 temporis Christi, qua etiam hodie plenius pas-
 cendi estis. Coniunctim tamen currūt, pariterq;

E feruntur

DE NATIVIT. DOMINI

feruntur hæc duo tempora tam diuersa, tamque aduersa, tempus scilicet gratiæ, & tempus malitiæ: cum tamē nō nisi vnū tempus inueniatur vtriusque. Si enim modō non esset tempus gratiæ, non

2. Cor. 6.

diceret Apostolus, Ecce nūc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis: Et iterū si modō nō esset

Ephes. 5.

tempus malitiæ, nō diceret idem Apostolus: Redimētes tempus, quoniam dies mali sunt. Confligunt igitur in tēpore vno gratia & ingratitude, velut in stadio vno. Iam olim siquidem sapientia pugnat aduersus malitiam, propter quod & nūc in huius mundi descendit arēā. Pugnat, inquam, nolens vinci à malo, sed volens vincere in bono malū. Abundabat iniquitas, & licet humana congelata esset, diuina tamē nō frigescebat charitas.

Cant. 8.

Deus filiū
suū admū-
di salutem
misi, cum
iam pecca-
torum mul-
tudo mū-
di finē ex-
posceret.

Magnus ille ardor charitatis, & reuera sicut scriptū est, aquis multis inextinguibilis: quod cum extremum iam iudicium postularet multitudo peccatorum, Deus tamen filium suum misit non vt iudicaret mundū, sed vt saluaretur per ipsum. Cum igitur iam penē consummata mundi malitia, finē indiceret temporis, redemptoris aduentus nouam & inopinatam plenitudinē temporis rebus infudit humanis. Cum enim mundus consenuisset, atque propē interitum esset temporis ætate, subito ad aduentum conditoris sui, noua & insperata renouatus est virtutis iuuentute, fi-

Fides quo-
modo ab
initio cre-
uit.

dei; quodā iuuenili calore. Fides siquidē cuius primæuū tempus velut quædam pueritia fuit in patriarchis, qui exorti sunt primō manē ecclesiæ nascentis: adolescentia verō in prophetis, ad plenitudinem

nitudinem demum iuuenilis excreuit roboris in
 Apostolis, quando & calorē suę virtutis mundo
 spectabilem præbuit in tam præclaris atque for-
 tissimis innumerabilium martyrum triumphis.
 Hanc adultam ac plenā ætatem fidei vocat Apo- *Adultam*
 stolus plenitudinem temporis: quando scilicet *ætatem fidei*
 hi qui sub pedagogo legis erant nihilquē à seruo *dei apostolus*
 differebant dum erant paruuli: iam adultiliber- *lus vocat*
 tatem filiorum receperunt per vnigenitū patris. *plenitudi-*
 Qui nimirū vt nulla plenitudo suo deesset tem- *nē tēporis.*
 pori, plenustam gratia quā veritate venit: qua- *Ioan. 1.*
 tenus & per gratiam impleri faceret legis man-
 data, & per veritatē impleret ipse promissa: adeo
 vt quicquid etiā vniuersis retro seculis mysticē
 gestum, aut dictum fuit, totum verius ac plenius
 impletum sit in hac plenitudine temporis. Nam
 & hic ipse dies, tot sacramenta, tot oracula, quasi
 recapitulata in breui hodie exhibuit, vt de eo ve-
 rē dici possit: Consummatus in breui, expleuit *Sapient. 4.*
 tēpora multa. Cū ergo tot modis constet, quia
 venit beata plenitudo temporis, rectē querelas
 insipientium Salomon compescuit dicens: Ne *Eccl. es. 7.*
 dicas, quid putas causæ est quod meliora fuere
 tempora priora quā nunc sunt? Stulta est, in-
 quit, huiusmodi interrogatio, cū manifestē fœ-
 licissima tempora fecerit hominibus gratia Dei:
 ingratitudo autem hominum pessima fecerit ea
 sibi. O tempus acceptabile, cui tam beatum, tam
 auspicatū initium dedit dies iste: quo natus con-
 ditor æternus, temporis æternitatē mortalibus
 nunciauit. O verē dies salutis dies iste, quo nata

E ij salus

DE NATIVIT. DOMINI

Ecclesi. 14.

*Christus
panis est fi-
liorum.*

Ecclesi. 14.

salus mundi, seipsam poculum salutare miscuit ægrotis. O fratres de die isto loquebatur, ni fallor, sapiens filio suo: Nō defrauderis à die bono. Et exponens quid sit non defraudari, Particula, inquit, boni doni nō te prætereat. Diem quippe bonum, pro eo dicit, quia datū est hodie donum bonum, prorsus datum optimum, donumq; perfectum, descendens à patre luminū, quod quale sit: nemo scit, nisi qui accipit. At vos fratres spiritum qui ex Deo est accepistis, vt sciatis quæ à Deo donata sunt vobis: quippe qui ex sententia cordium cantatis: Filius datus est nobis. Filius iste, panis est filiorum: qui de seipso hodie beatum ac solenne vniuersæ familiæ patris exhibet epulum. Gratias tibi pater misericordiarū, qui panē nostrum quotidianum das nobis hodie, tantaq; largitate aperuisti manum tuam ad implendum omne animal benedictione: vt ipsa etiam benedictione plenū inueniatur eorū præsepe. Quàm miserum, quàm brutum ac stolidum, imò quàm sibi nequam & inuidum illud animal, quod sese isto die bono defraudat, vt eum particula doni boni prætereat: vt scilicet expers gratiæ cœlestis, quæ ei proposita est fiat: diemq; totius refectiōis & gaudij, tristi ac ieiuno corde prætereat: quasi necdū venerit copiosissima plenitudo temporis, nec præsepia simplicium & humilium panis impleuerit cœlestis. Huiusmodi hominē sibi nequā & inuidum, Deo ingratum & iniuriosum, notat sapientia cū ait: Oculus malus ad mala, & non saturabitur pane: indigēs, & in tristitia erit super mensam

mensam suam. Ideo, inquit, non saturabitur bonis anima ipsius: quia oculus eius ad mala, nec reuertetur oculus eius, ut videat bona: ut cum pietate & fide consideret quæ ei appositæ sunt in magna diuitis mensa. Nequam est enim, inquit, oculus liuidi, auertens faciem & despiciens animam suam. Procul dubio fratres si faciem non auertimus à consideratione illius qui iacet in præsepio, ipso intuitu possumus felicissimè pasci, dicemusque: Dominus pascit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit. Tunc planè sciemus, quia venit desideratissima plenitudo temporis, in quo misit Deus filium suum, per quem tanta iam replemur plenitudine bonorum, ipsi benedictio & gratiarum actio, & nunc, & per infinita secula seculorum. Amen.

SERMO DE EO dem V.



CONVENISTIS fratres ad audiendum verbum Dei. Deus autem aliquid melius prouidit nobis, ut non solum audire, sed etiā videre datum nobis hodie sit verbum Dei: si modò trāseamus vsque Bethleem, & videamus hoc verbum quod fecit Dominus & ostendit nobis. Nouerat Deus hominum sensus inuisibiliū incapaces, cœlestiū indociles, ad fidem quoque difficiles, nisi res ipsa

E iij de qua

DE NATIVIT. DOMINI

Ioan. 20.

*Fides illo-
rum qui
nō viderūt
præstan-
tior.*

1. Ioan. 1.

de qua fides suadetur, visibiliter ipsis sensibus
conuincendis ingeratur. Nam & si fides ex au-
ditu, multò tamē proclius ac pròptius ex visu,
sicut illius exemplo docemur, cui dicitur: Quia
vidisti me credidisti, qui scilicet dum audiebas
incredulus fuisti. Quia enim difficilius audita quàm
visa creduntur, ideo meritò fides illorum qui nō
viderūt à Domino beata prædicatur, quippe qui
plus detulerint auctoritatis sermonis, quàm expe-
rientiæ proprii sensus, aut rationis. Deus tamen
per omnia volēs satisfacere tarditati nostræ, ver-
bum suum quod prius fecerat audibile, hodie fe-
cit nobis etiā visibile, imò & tractabile: vt & qui-
dam ex nobis potuerint dicere: Quod fuit ab ini-
tio, quod audiuius, quod vidimus oculis no-
stris, quod perspeximus, & manus nostræ tracta-
uerūt de verbo vitæ. Fuit ab initio illius, qui sine
initio est æternitatis, audiuius promissum ab
initio temporis, vidimus & cōtractauimus exhi-
bitum in fine temporis. Aliàs aut inuenies quòd
non solùm visibile & tractabile, sed etiam gusta-
bile & odorabile nobis verbum Dei factum sit:
quippe quod per omnes vias sensuum, aditū sibi
ad animam quæserit: quatenus sicut per sensus
mors intrauerat, sic per eosdem rediret & vita.
Quòd ergo verbū caro factum est, nobis qui toti
sumus caro, factū est: vt qui antea verbum Dei
tantum poteramus audire, iam carnem factū &
videre possimus & gustare, omnesque sensus in
testimoniū auditus cōuocare: quatenus omnes
nostri sensus consensu vno, & voce vna confi-
teantur,

teantur, Sicut audiuius, sic vidimus. Incompa-
rabiliter tamen amplius nūc concessum est visui,
quā vnquam fuerat auditui: cū modò videas-
tur verbū quod Deus est, & antea magnum ha-
beretur audire verbum quodcūq; ex Deo. Et
verbū quidem quod ex Deo est vidi aliquando
fratres cum tædio audiri, sed verbū quod Deus
est, nunquid poterit nisi cum gaudio videri? In
me primum sententiam feram, quia verbū quod
Deus est, cū se hodie mihi videndum præbeat
in eo quod sum, si me non lætificat, impius sum:
si non edificat, reprobus sum. Si quis ergo frater
acidiosus inuenitur inter nos, nolo diutius vt fa-
tigentur aures eius sermone nostro contēptibili,
transeat vsq; Bethleē. Scillud in quod desiderant
angeli prospicere, pspiciat ibi, verbū scilicet Dei,
quod Dominus ostendit nobis: imaginetur aīo,
sermo Dei viuus & efficax q̄lis ibi iaceat in præ-
sepī. Si tantū pietas oculū illuminet intuētis, qd
tam delectabiliter potest videri, tam salubriter
cogitari? Quid æquē mores edificat, spē robo-
rat, charitatē inflāmat? Omnino fidelis sermo, &
omni acceptione dignus, omnipotēs sermo tuus
Domine, qui tam alto silentio à regalibus patris
sedibus, animalium illapsus præsepibus, melius
interim suo nobis silentio sermocinatur. Qui ha-
bet aures audiendi, audiat quid nobis hoc pium
& mysticum æterni verbi loquatur silentium:
quoniam (nisi me fallit auditus) inter alia quę lo-
quitur, loquitur pacem in plebem sanctorū, qui-
bus reuerentia ipsius & exemplum religiosū

E. iijj impo-

DE NATIVIT. DOMINI

*Graviter
commēdat
silentij dis-
ciplinam,
sermo Dei
in medio
hominum
silens.*

imposuit silentium. Et rectissimè quidem imposuit. Quid enim tanto pondere, tantaq; auctoritate disciplinam commendat silentij, quid tanto terrore compescit inquietum malum linguarum procellasq; verborum, sicut sermo Dei silens in medio hominum? Non est sermo in lingua mea, confiteri videtur omnipotens sermo, dum matri subditus est: & nos qua dementia dicemus, Linguam nostrā magnificabimus, labia nostra à nobis sunt, quis noster Dominus est? Libèret mihi si liceret obmutescere, & humiliari, & silere etiā à bonis, vt attentius & diligentius aurē possē adhibere vocibus arcanis sacrisque sensibus huius diuini silentij, & vel tanto tempore sub silentio discere in schola verbi, quāto verbum ipsum sub disciplina siluit matris. O fratres si piè ac diligenter intendamus huic verbo quod Dominus fecit hodie, & ostendit nobis: quanta quanque facillè possemus ab ipso perdoceri? Verbū siquidem breuiatum est, ita tamen vt in eo consummatum sit omne verbum quod ad salutē est, quia nimirum verbum consummās & abbrevians in æquitate ipsum est. Et hæc consummatio abbreviata inundavit iustitiam, sicut promissum meministis per Esaïam, quia de sua plenitudine in participes suos redundavit iustitiam, vt abundet iustitia ipsorū plusq̃ scribarū & pharisæorū: licet illi per tam multiplices se exercitēt iustificatiōes legis, isti autē breui ac simplici contēti sunt verbo fidei. Sed quid mirū si oīa verba sua nobis verbū Dei breuiavit, quādo & seipsum breuiari & quoddammodo

Esa. 10.

dammodo minui voluit, adeo vt de incomprehensibili immensitate sui, ad angustias vteri quodammodo se cōtraxerit, & continens mundū, in pręsepi se passum sit cōtineri? In cœlo verbū istud horribili altitudine sua virtutes angelicas stupefacit: in pręsepi simplices & hebetes pascit. Ibi subtilissimis angelorū intellectib⁹ inscrutabile; hic etiā obtusis hominū sensibus palpabile. Quia enim Deus nō poterat loqui nobis quasi spūalibus, sed quasi carnalibus, verbū eius factū est caro, vt non solū audire, sed & videre posset oīs caro, quod os Domini locutū est. Et quia in sapientia sua nō cognouit mūdus sapientiā Dei, dignatione ineffabili eadem sapientia Dei se stultitiam fecit: vt quamlibet idiotis, vel hebetibus se discibilem pręberet, & per stultitiam prędicationis saluos faceret credētes. Confiteor tibi pater Domine cœli & terrę, quia sapientiā tuam abscondisti à sapientibus & prudentib⁹, & reuelasti eam paruulis. Ita pater, sic fuit placitū ante te, vt paruulis daretur paruulus, qui natus est nobis: quando quidem altitudo superbiorum, nimis abhorret ab huius humilitate paruuli, & quod altum est apud homines, abhominabile est apud Deū: qui cum veraciter altus sit, paruulus factus est pro nobis. Cum solis nimirū paruulis concordat iste paruulus: in solis requiescit humilibus & quietis. Sicut igitur paruuli gloriātes de eo cantant, Paruulus natus est nobis: sic & ipse gloriatur de eis: Ecce ego inquit, & pueri mei, quos mihi donauit Dominus. Vt enim paruulo filio suo pa-

*Sapientia
Dei se stul
titiam se
cit.*

Matth. 11.

Esa. 8.

E v ter sode-

DE NATIVIT. DOMINI

ter sodales daret de coætaneis suis, statim primo omnium ab innocentia paruulorum cœpit gloria martyrij: hoc significante spiritu sancto, quia non nisi talium esset regnum cœlorũ. Si tales effici volumus fratres, iterum atque iterum transeamus vsque Bethleẽ, & diligentius intueamur hoc verbum quod factum est caro, Deũ immensum qui paruulus factus est: vt in hoc visibili & breuiato verbo discamus sapientiã Dei, quę tota humilitas facta est. In hanc quippe virtutẽ, illa omnimoda virtus se interim totam cõtulit: nihil aliud illa summa sapientia interim scire voluit, nisi illam scilicet humilitatẽ, cuius se postmodũ magistrum voluit profiteri. Et iste quidẽ (quod nimirum in suggillationẽ mei ipsius loquor) iste, inquã, dignẽ & iustẽ magister docendę humilitatis effectus est: qui licet eam sibi non ignoraret & originalẽ à matre, & naturalẽ à patre, nihilo minus tamẽ ab ipso matris vtero didicit eam, ex his quę passus est. In diuersorio viatorum natus est: vt hospites & perigrinos super terram ipsius exemplo edocti, nos esse confiteremur. Ibi quoque nouissimum eligens locum, in præsepio positus est: vt & nos illud Dauidicum (Elegi abiectus esse in domo Dei magis quàm habitare in tabernaculis peccatorũ) opere disceremus. Pannis inuolutus est: vt habentes quibus tantũ tegamur, his contenti simus. Per omnia paupertate materna contẽtus, matriq; per omnia subditus, vt totius religionis forma, iam in eius natiuitate nata videretur. Beata sanẽ simplicium fides pastorum,

Psal. 83.

florum, quæ cum inuenisset infantem pannis in-
 uolutum, nequaquam in illis scandalizata est ad
 incredulitatem: ut minora de eo sentiret, sed edia-
 ficata potius ad pietatem, ut tantę dignationi gra-
 tior fieret. Quanto nanque se pro ipsis profun-
 dius humiliatam ac funditus exinanitã illa exhi-
 buit maiestas: tantò facilius & plenius, si dignè
 de eis sentire volumus, totos eorum affectus sibi
 illius rapuit & vindicauit charitas. Fratres & vos *Veritas*
 inuenietis hodie infantem pannis inuolutum, & corporis
 positum in præsepio altaris, videte ne vilitas teg- *Christi*
 minis offendat aut perturbet obtutum vestrę fi- *sub specie*
 dei, veritatē reuerendi corporis sub alijs rerum *panis.*
 formis intuentis. Sicut enim mater Maria, qui-
 busdam assummentis pannorũ inuoluit infan-
 tē, sic mater gratia dispensatorijs speciebus rerum
 eiusdem sacri corporis nobis obteggit veritatem: *Verbi dis*
 sic etiam mater sapientia ænigmatibus & figuris *uini maie-*
 arcanam diuini verbi contegit maiestatem, qua- *stas cur æ-*
 tenus & ibi simplicitas fidei, & hic exercitiũ stu- *nigmatib⁹*
 dij, meritũ sibi cumulet ad salutem. Nam & ego *& figuris*
 fratres cum vobis veritatem quæ Christus est, *velata.*
 verbis meis enuntio, quid aliud quàm Christum
 pannis satis vilibus inuoluo? Beatus tamen cui
 nec in pannis istis Christus est vilior, sicut nec
 merces preciosæ prudenti vilescit propter vete-
 res quibus amicitur sacculos. CHRISTVS
 planè est, quẽ vobis tradere cupio, qualibuscun-
 que sermonibus nostris: ut iuxta sermonẽ Petri
 Apostoli, sanctificetis eum in cordibus vestris.
 Suscipite in mansuetudine insitum verbũ, quod
 potest

IN EPIPHAN. DOMINI

potest saluare animas vestras: & verbū Christi, abundanter habitet in vobis, amor scilicet & memoria verbi incarnati, quatenus tam foeliciter quā fideliter decantetis, verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Tota igitur pietate cogitemus Christum in pannis quibus mater eum operuit, vt æterna foelicitate videamus gloriam & decorem quem ei pater induit, gloriam quasi vnigeniti à patre: cum quo & spiritu sancto honor & gloria, per omnia secula seculorū. Amen.

Sermo in Epiphania Domini.

Psal. 28.



Proue. 30.

FFERTE DOMINO filij Dei, afferte. Satiis illi afferte q̄ sanguisugæ, id est cōcupiscentiæ, cuius duq̄ filiæ voluptas & vanitas non dant ei requiē die ac nocte, dicentes: Affer, affer. Quid

igitur afferemus Domino? afferte Domino gloriam auri, & honorē thuris: afferte Domino gloriam nomini eius myrrham sepulturæ eius. Sed dicit mihi discipulus Christi, filius Petri. Argentum & aurum non est mihi, nec sacculi peregrinarum mercium myrrhæ & thuris. Ergo ne vacuus apparebis in cōspectu Domini, & cunabula
noui

noui regis nullis honorabis xenijs? O diues pau- *Dies pau*
 pertas, o locuples nuditas, si tamen Christiana & *pertas quā*
 voluntaria. Quibus enim diuitijs non abundas, *quis spontē*
 non solum auri, sed etiam auri primi, auri igniti, *pro Chri*
 non solum myrrhæ & thuris, sed etiam vniuersi *sto tolerat.*
 pulueris pigmentarij? Imò qui sunt alij qui pos-
 sint abundare diuitijs huiusmodi nisi pauperes
 Christi? In vijs, inquit, iustitiæ ambulo, vt ditem *Prouer. 8.*
 diligētes me, & thesauro eorū repleā. Nec deest
 ei vnde id possit. Mecum sunt, inquit, diuitiæ & *Ibidem.*
 gloria, opes superbæ & iustitia. Bonæ opes prorsus
 diuitiæ salutis, in quibus ita superbitur, vt ius-
 titia non deferatur. Fratres superbia ista est glo- *Superbia*
 ria exultantiū in Domino, & insultantiū mundo, *laudata.*
 quod nihil habeat tam preciosum, vt paupertati
 valeat comparari sanctorum. O qui pusillo ani-
 mo estis, cur non superbitis mecum, in opibus
 istis? Superbiam istam non damnat, sed remunes-
 rat magister humilitatis, si videlicet ita magna-
 nimus sis in contemptu mundi, vt omnē gloriā
 eius quasi de sublimi despicias & nihilipendas
 præ amore & gloria tuæ nuditatis. Omnino di-
 ues es si in paupertatē gloriaris, & de te quoque
 gratias aget congratulatio Apostoli. Gratias, in- *1. Cor. 2.*
 quit, ago Deo meo quod in omnibus diuites fa-
 cti estis in illo, in omni verbo & scientia, ita vt ni-
 hil vobis desit in vlla gratia. Longè aliter illum
 alloquitur Dominus, qui sibi applaudebat de as-
 fluētia mundi huius. Tu, inquit, dicis quia diues
 sum, & nullius egeo, cū tu miser sis & miserabi- *Apoc. 3.*
 lis, & pauper & cæcus, & nudus. Sanè inter di-
 uitias

IN EPIPHAN. DOMINI

uitias huiusmodi pro quibus Paulus congratulatur discipulis, nō dubitauerim aurū, thus, & myrrhā posse reperiri, quæ dignè & gratè Christo nato queant offerri. At ego, inquit, nō sum mihi cōscius tale quid accepisse, nec aliquid tam preciosum vt est aurum, thus, & myrrha, penes me posse inueniri. Ego enim vir videns paupertatem meam, vix mendicabo stipē quotidianam, pauperem exigens vitam. Putas, inquis, tē nihil tale accepisse? vide magis ne acceptam à patre substantiam dissipaueris viuendo luxuriose. Sed omitto istud, non enim improprium est, vt sapiens ait, homini auertēti se à peccato. Vellem magis vt nō pigeret te tētare & quærere, si fortè vel minimū aliquid paternę substantię resedisset apud te, vndè initiū recuperandi posses capere. Vellem foderes intra te, solent nanq̃ue preciosi latere thesauri in abditis terrę. In agro absconditus erat thesaurus ille, qui desiderio sui cōpulit hominem omnia sua vendere. In agro se dicebāt thesauros absconditos habere decem viri Israelitæ, & per hoc gladium euaserunt homicidæ. O quanti thesauri bonorum operum, quantæ diuitiæ piorum fructuum absconditi latent in agro humani corporis, & quātō plures in abdito cordis, si modò sit qui exerceat & fodiat. Neq̃ illud Platonium dico, quòd anima ante corpus artes didicerit, quæ obliuione & mole corporis obrutæ, disciplina & industria refodiendæ sint: sed quòd ratio hominis & ingenium, iuuante gratia, omnium sit virtutū seminarium. Si ergo ad cor redeas,

Operū bonorum ingentes thesauri latent in humano corpore.

redeas, & corpus exerceas, non diffidas te inuen-
 turū thesauros desiderabiles, & si nō auri statim
 in initio, aut thuris certē vel myrrhæ nō inuti-
 lis. Inutilem aut vilē tu ne dixeris, quam Chri-
 stus acceptat in munere, qua sui corporis sepul-
 turam non solum præsighari cū ei offerretur,
 sed etiam consummari voluit, cū ex ea perun-
 geretur. Si ergo manifestius vis audire, myrrha
 in corde tuo dolor est: myrrha in corpore tuo
 labor est, si tamen iste vel ille poenitentialis est.
 Myrrha siquidem vtrumque esse nō solum pro-
 bat ethimologia nominis, aut qualitas saporis: *Myrrha*
 sed etiam medicinalis operatio virtutis. *quid myrrha*
 Myrrha scicē signi-
 nanq; amarissimum gustum sui etiam nomine *fict.*
 prodit, effectū autē prēter alias sui vtilitates cor-
 ruptioni resistit. Et quid gustu amarius, quid ef- *Dolore*
 fectu salubrius, quā dolor quo peccator ad poē *quo peccas*
 nitentiam contristatur? Recogitat annos suos in *tor ad poē*
 amaritudine animę suę, dicens Deo noli me con- *nitentiam*
 demnare: sed omnis hęc amaritudo nihil aliud *contristas*
 quā myrrha est vindicās à corruptione tam lu- *tur nihil*
 xuriarū in quibus computruit, quā vermium *salubrius.*
 immortalū quos meruit. Quid verò labor cor-
 poris? Nō tam myrrha est utiq; quā fasciculus
 myrrhæ, si credere volumus his qui de seculo
 nuper venere, quibus regula ieiuniorum & vi-
 giliarum, quotidianum opus manuum, asperitas
 vestium & omnia penē amara quia insolita, velut
 in vnum colligata fasciculū imposita sunt ad fe-
 rendum. Et quidem amarissimē portarent hunc
 myrrhæ fasciculum, nisi quia & si nondū gaudēt
 communi-

communicare passionibus dilecti, ut dicant fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi: dulce tamen nimium habent amaritudinem cordis, amaritudine mitigare exteriori, tanquã coleram stomachi potu absinthij. Sicut enim stomachus immoderato usu dulciũ corruptus, potione purgatur amara: sic eorum qui suauiter vixerunt in amaricata conscientia, nunquam melius quã contrario, id est vita & cõsuetudine curatur austera. Maximè autem si sæpius detur eis bibere vinum myrrhatum Dominicę passionis, id est potentur vino compunctionis, quod quãtò amarius est ex recordatione peccati, tantò salubrius est peccatori. Ideo IESVS noluit bibere, quia peccatũ nõ fecerat quod ei crucifixor imputabat, qui de amaritudine vitis alienę ei propinabat, qui de gemitu vitis veræ, vinum nouum cum amicis in regno patris habebat bibere. Cæterum quanquã perfectis, qualis Timotheus erat, exercitatio corporalis ad modicum utilis sit comparatione pietatis, quantum tamen rudibus & imperfectis, quales nos sumus, utilis sit, vos ipsi fratres vobis testes estis, quomodo scilicet redimit de corruptione vitam nostram amaritudo parsimonix & laboris. Ipsi etenim scitis quomodo vermescerẽt corda, quomodo vermescerent corpora, si non quotidie de manibus laborantiũ distillaret myrrha. Annõn vermis luxuria? Nescio si alter nocentior. Ingreditur blandiendo, mordet ridẽdo, transforat delectando, perimit consensu voluntario. Annõn vermis accidia & tristitia? Sicut tinea,

Labor corporis quã sit utilis & necessari⁹. Luxuria animarum vermis perniciosus.

tinea,

tinea, inquit, vestimento & vermibus ligno: ita tristitia viri nocet cordi. Quid omnia desideria mala? *Prove. 25.*
 Annōn vermes & ipsa? At in desiderijs est omnis ociosus, & desideria occidunt pigrū. Beatus igitur cui ad mortificandos vermes huiusmodi, manus proprię distillant myrrhā per vniuersum sui, iamq; pręuenit ungere corpus suū in sepulturam. Sed suum dicā IESV: Imō & IESV. Corpus enim illius, membrū est IESV. Quisquis ille est qui sic vnctus est, nō est quod timeat vermē qui nō moritur, quia iam mortuus est ei vermis, vnde ille moritur. Myrrhā itaq; & myrrham electā atq; probatissimā Domino cum regibus rex & ipse obtulisti, si interim dum nō sufficit manus tua ad offerendū aurum sapiētię, aut thus deuotionis, saltē cor contritū corpusq; afflictum, cum amaritudine pœnitētię Domino sanctificasti. Existimo enim, sine pręiudicio tamen melioris intellectus, myrrhā esse primā oblationem incipientium, deinde thus proficientiū, demumq; aurum perfectorum: atque idcirco cū simul ab euangelista nominata sunt, preciosiora quęque & digniora pro merito sui prælata esse in ordine nominum. Aliās namq; secundum ordinē profectuum myrrham thuri prępositā inuenis, vt est illud, Sicut virgula fumi ex aromatib; myrrhæ & thuris. Et vadā ad montem myrrhæ, & *Cant. 3.*
 ad collē thuris. Nō paruus siquidē profectus est cum de myrrha ad thus pficitur cū de ista quæ ad vsus est infirmitatis humanæ, ad illud quod diuinis & festiuis deputatum est sacrificijs per-

F  nitur,

IN EPIPHAN. DOMINI

Esa. 61.

Psal. 29.

2. Cor. 6.

uenitur, vt qui sacrificium spiritus contribulati
corporisq̃ue humiliati offerebat nō sine myrrha
amaritudinis, iam sacrificium laudis offerebat
cum thure deuotionis, & iuxta promissionem
Domini, tanta consolatio immittatur lugētibus
syon, vt det eis coronā pro cinere, oleum gaudij
pro luctu, palliū laudis pro spiritu mœroris. Tūc
cantat qui lugebat: Conuertisti planctum meum
in gaudium mihi, concidisti saccum meum spi-
ritu mœroris, & circundedisti me lētitia, pallio
laudis: vt cantet tibi gloria mea, & nō compūgar.
Gaudens enim gaudebo in Domino, & exulta-
bit anima mea in Deo meo, quia induit me ve-
stimento salutis, & indumēto lēritiē circundedit
me. O fratres quibus minus sufficiunt vestimēta
vestræ paupertatis, in hac asperitate hyemis, qui
dicitis ante faciem frigoris huius quis sustinebit:
cur non induimini quæso hoc vestimento lēritiē
& salutis, hoc pallio laudis? Si Dominū laudatis,
in Domino laudabitur anima vestra, & pallio lau-
dis quo opertus est laudabilis nimis, vos quo-
que operiet, & confouebit quemadmodum gal-
lina pullos suos sub alis, si modo velitis. Ah quo-
tiens voluit & nolulistis? Nunquid enim hoc
pallium breue est, vt vtrumque operire non pos-
sit? Non angustiamini, inquit, in nobis, angu-
stiamini autem in visceribus vestris. Dilatamini
& vos, & pallium dilatabit se vsque ad vos. Non
est abbreviata manus eius, vt saluare nequeat,
nec grande est ei, vt consoletur nos, nisi prauitas
nostra prohibeat. O qui algetis, palliū hoc calidū
est, quia

est, quia calor est, qui non modo interius, sed exterius calefacere potest. Nonne vestimenta tua calida sunt, cum terra tua perflata fuerit austro, imò ignis missus in ossibus, ac vehemēter accensus? Hoc igne thus illud adole, quod cum regib⁹ obtuleris, vt dirigatur oratio tua sicut incensum in conspectu Domini, & cum de sacrificio tuo odoratus fuerit odorem suauitatis, dicat tibi: Odor vestimentorū tuorum sicut odor thuris. *Cant. 4.*

Iam verò de auro sapientiæ quæ oblatio, vt diximus, perfectorum est, loquatur vobis qui illud assecutus est, quia nec nouit illud nisi qui accipit. Qui ergo sapientiam didicit, sapiētiam loquatur inter perfectos, & de auro quod possidet, murenulas aureas auribus vestris fabricet. Ego enim non arbitror me comprehendisse, sequor autem si quo modo comprehendam. Magnus prorsus ac *Prouer. 3.* beatus qui inuenit sapiētiam, & affluit prudētia: sapientiam in contemplatione æternorum, prudentiam in administratione temporalium: vel vt moderatius sapientem definiam, qui nouit se ipsum regere & alium. Preciosus est hoc aurum *Sapiens quis sit.* cunctis opibus etiam thure & myrrha, & omnia quæ desiderantur in virtutibus, vel gratijs, huic non valent comparari. Denique sapiens tanquā vir virtutum diues in omnibus, & si præualeat aurum offerre in sublimi contemplatione vel prudenti administratione, nō tamē negligit offerre thus in deuotione diuini operis, myrrhā in mortificatione sui. Nos igitur fratres quod habemus offeramus in gloriā noui regis, quod min⁹ habemus,

F ij bemus,

IN EPIPHAN. DOMINI

bemus, ab ipso petamus cui offerre cupimus. Si quis indiget sapientia, postulet à Deo qui dat omnibus affluenter. Munera mea, data mea, ait pater luminū, à quo omne donū perfectū, & omne datū optimū, ipsi gloria in secula seculorū. Amē.

SERMO DE EO dem II.

Esa. 60.



VRGE illuminare Hierusalē, quia venit lumen tuum. Hodie nam diem luminum illuminauit nobis & consecrauit lumē de lumine, quod hodie cūm lateret incognitum, ad illuminationem

omnium gentium sese dignatū est mundo reuelare. Hodie namq; se reuelauit Chaldeis noui sideris inditio, cūm in eorum primitijs omniū fidē gentiū dedicauit. Hodie se reuelauit Iudēis, non solum Ioannis, sed & patris & spiritus sancti testimonio, vbi in Iordane baptizatus, baptisma omnium consecrauit. Hodie manifestauit gloriā suam coram discipulis suis, quando mutatione aquæ in vinum, illud ineffabile præostendit mysterium, in quo verbo ipsius, substantiæ mutantur rerum. His omnibus Dei apparitionibus præuidens spiritus illuminandā Ecclesiæ fidem, alloquitur eam sub typo & nomine Hierusalē dicēs, Surge illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum. Venerat quidem lumē, in mundo erat, & mundus

Nota.

mundus per ipsum factus erat: sed mūdus ipsum non cognoscebat. Erat natus, sed nō erat notus, donec declarare eum cœpit luminosa dies ista. Ait ergo propheta, O Hierusalem noua, latera Aquilonis, id est, de vtroque edificanda pariete circuncisionis & præputij, surge, illuminare, quia venit lumen tuum. Surgite qui sedetis in tenebris, intendite lumini quod exortum est in tenebris, sed nō compræhenditur à tenebris. Accedite ad eum & illuminamini, & in lumine eius videbitis lumē, diciturq; vobis, Fuiſtis aliquando tenebrę, nunc autem lux in Domino. Intendite lumini eterno, quod se vestris aspectibus temperauit: vt qui lucem habitat inaccessibilem, infirmis quoque & lippiētibus oculis possit accedi. Aduertite lumē in lucerna testæ, solē in nube, Deum in homine, in luteo vasculo carnis nostræ splendorē gloriæ, candoremq; lucis æternæ. Latet quidē maiestas in humanitate, virtus in humilitate: sed signa virtutum erumpentia, vndē hæc prodeant, nō sinūt ambigere. Opera, inquit, quę ego facio, testimonium perhibent de me. Magnum quidem testimonium Ioannis, qui venit vt testimonium perhiberet, lucerna de lumine. At enim multo maius illud testimonium cœleste, quod pater & spiritus sanctus filio perhibuere: pater in voce, spiritus in columbę specie, cū in ore duorū testiū stet omne verbum. Sed & hoc ipsum si minus accipitur, opera inquit, innumerabilia & irrefragabilia quę ego facio, testimoniū perhibent de me.

Ioan. 5.

F iij Planē

IN EPIPHAN. DOMINI

Planè incorruptus & irreuincibilis testis cū creatura insensibilis sensum quendam accipit in confessionem creatoris, voluntatem eius exaudiens, ac nutui incunctanter obediēs. Quid enim diuinius poterat exhiberi sensibus mortalium, quā hodiernę nouitatis signum, quod etiā ante signorum suorum præmisit Iesus initium? Vagit puer nouus in terris, & sydus nouum creat in supernis, ut lumen testetur de lumine, stella de sole, & reges in splendore ortus sui, ad exortum quoque æternum splendorem ab oriente ad verum orientem, id est, virum cui nomen Oriens, stella perducatur: non quasi stella, sed quasi rationale animal in via præcedēs, in fine viæ consistēs, ac velut digito ipsum qui querebatur ostendēs. Sed esto, calumniatur infidelis, hanc stellam nō esse opus Christi, dūmodo confiteatur opus esse patris in testimonium filij. Attamen obruet eum multitudo infinita, ac magnitudo mirabiliū planè diuinorum, quæ absque contradictione Iesus noster operatus est in carne, sed nō ex carne. Sed operiant tenebræ terram, & caligo populos, qui cū lux venit in mundum, dilexerunt magis tenebras quā lucem: dūmodo tu illumineris Hierusalem ciuitas cœlestis, quę in omni terra & populo Deo paritura es filios lucis, quos de potestate tenebrarum transferet in regnum claritatis suę lumen verum. Gratias tibi pater lumen, qui de tenebris nos vocasti in admirabile lumen tuum. Gratias tibi qui dixisti de tenebris lumē splendescere, & illuxisti in cordibus nostris ad illumi-

ad illuminationē scientiæ in faciem Christi Iesu.
Hæc siquidem est lux vera, imò vita æterna, vt
cognoscamus te vnum Deum, & quem misisti
Iesum Christum. Cognoscimus te, quia cognos-
cimus Iesum: quoniam pater & filius vnū. Cog-
noscimus quidem per fidem, ipsam tenentes ar-
ram fidelem: quia cognoscemus & per speciem.
Interim tamen auge nobis fidem, deducens nos
ex fide in fidem, à claritate in claritatē, tanquā à
tuo spiritu: vt de die in diem thesauros luminis
profundius ingrediamur, quo fides amplior, sci-
entia plenior, charitas seruētior fiat & diffusior,
donec per fidem perducamur ad faciem, tanquā
per stellam præducem ad nostrum bethleemiti-
cum ducē, qui egressus de bethleem regit Israe-
lem, & regnat in Hierusalem, non ista quæ occi-
dit prophetas, ipsumque Dominū prophetarū,
sed illa in qua coronat occisos idem Dominus,
causa, virtus, & gloria martyrum. O quanto gau-
dio ibi tripudiat fides Magorum, cernentium in
illa Hierusalem regnantem, quem in Bethleem
adorauerunt vagientem. Hic visus est in diuer-
sorio pauperum, ibi in palatio videtur angelorū.
Hic in pannis paruulorum, ibi in splendoribus
sanctorum. Hic in gremio matris, ibi in solio pa-
tris. Planē digna beatorū fides Magorum, vt tam
felici visione remuneretur, quæ cum in eo nihil
nisi infirmū & contemptibile videret, nō tamen
scandalizari potuit, quo minus Deū in homine,
& hominem in Deo veneraretur. Procul dubio
stella ex Iacob illuxerat in cordibus eorū, stella

*Magorū si
des incon-
parabilis.*

F iij inquam

IN EPIPHAN. DOMINI

Prouer. 4.

Fides quibus modis in nobis crescat.

Sancti viri stelle dicuntur.

inquam matutina, lucifer qui nescit occasum, qui etiam foris stellam matutini ortus sui indicē accenderat cordibus eorum. De his omnino conuenienter intelligi potest, quod apud Salomonem scriptum est: Iustorum semita, quasi lux splendescens procedit, & crescit usque ad perfectum diem. Primò nanque semitam iustitiæ ingressi sunt ad lucem splendentis syderis, cuius ductu profecerunt ad videndum nouum ortum matutinae lucis, sicque demum peruenerunt ad contemplandam faciem meridiani solis, in die virtutis suae rutilantis. Pulchrè igitur signanterque in his gentiũ primitijs, in his nascētis Ecclesiæ primordijs, præostensus est fidei profectus in singulis, vnde scilicet incipiat, quomodo proficiat, & quo demum perueniat: vt facile ipsorum qui patres sunt, in filijs agnoscatur vestigia. Sicut illi cœperunt à visione syderis, profecerunt ad visionem pueri, peruenerunt ad visionem Dei: sic in nobis fides nascitur supernorum prædicatione luminarium, roboratur visione quarundam imaginum, per speculum & in enigmate Deũ velut incarnatum nobis exhibentium: consummabitur, cum præsens & nuda videbitur veritas rerũ facie ad faciem, cõtemplantibus quod vix tenuiter & raptim in enigmate nunc attingitur: cum & ipsa fides transibit in cognitionem, spes in possessionem, desyderium in fruitione. Lucent nanque & nobis stellæ, non vna sed multæ, nisi quia multæ vna: quarum scilicet cor vnum est, & anima vna, fides eadem, prædicatio consona, similisque vita.

lisque vita. Quæ sint hæ stellæ, si dubitas, Daniel
 lem interroga. Qui ad iustitiâ, inquit, erudiunt
 multos, quasi stellæ in perpetuas eternitates. Pau- *Danie. 12.*
 lus etiam luminaria vocat eos, qui lucent in me-
 dio natiôis prauæ & peruersæ, continentq; verbû
 vitæ tanquâ splendorē mutuâtû ab æterna luce:
 quo & nocte huius mundi visi sunt illuminare.
 Ideo Dominus fons & origo lucis, cûm ordina-
 ret lunam & stellas in potestatem noctis dicebat
 illis: Vos estis lux mundi. Et iterum: Sic luceat *Matth. 5.*
 lux vestra coram hominibus, vt videât opera ves-
 tra bona: & glorificent patrem vestrum, qui in
 cœlis est. Lucent itaque verbo, lucent exemplo,
 & utroq; lucis radio ortum eternæ lucis annun-
 ciant: dum cœlestē quem voce prædicant, etiam
 cœlestis vitæ similitudine commendât. Suspici-
 te fratres in cœlum, in cœlo siquidē est conuersatio
 eorû, suspici- & intendite mētis oculos, si nec-
 dum potestis in rotam solis, saltem in fulgorem
 syderum: admiramini splendorem sanctorum,
 imitamini fidem, æmulamini sanctitatem. Stellæ
 istæ sicut flamma coruscant, & lumen luminum
 ortum demonstrant, ducunt ad cunabula noui
 regis, ad cubiculum virginis matris, quod est in-
 uiolabile fidei mysterium, imò perducēt in tem-
 plum regis, in sanctuarium Dei patris: quod est
 incogitabile fidei præmium. Interim autem dum
 idonei non sumus sapientiam Dei, quæ in myste-
 rio abscondita est, scrutari, vel maiestatem quæ
 in præmium reposita est contemplari: contenti
 sumus sanctorum claritatem mirari, sanctitatem

F v imitari.

IN EPIPHAN. DOMINI

Ecclesi. i. imitari. Fili, inquit, concupisti sapientiam, serua mandata: & Dominus præbebit tibi illa. Altiora autem tene quaesieris, & fortiora tene scrutatus fueris, sed quæ præcepit Dominus tibi, ipsa conserva semper. Præceptum nanque Domini lucidum, illuminans oculos: quibus postmodum ipsum corpus luminis valeas intueri, cum in luce radiorum, id est, in opere mandatorum versari consueueris. Dulce quidem lumē, ut ait Salomō, & delectabile oculis, videre solem. Dulce prorsus & delectabile, sed illis quibus tolerabile. Sanos oculos fouet, infirmos torquet. Et quis est tam sano & acuto visu, ut in aspectu illius inuisibilis solis non cæcutiat? Quis ille scrutator maiestatis, qui non opprimatur à gloria? Mirabilis facta est o Domine claritas tua, tum ex se tum etiā ex me: quia confortata est aduersum me, dum acies mea infirmata est in me, & iam non potero ad eam, sicut poteram in Adam. Potero forsitan ad claritatem syderum, qui non possum ad solem ipsum, & per hanc quandoque confortabor ad illum. Eia surge illuminare anima mea, quæ sedebas in tenebris, suspice luminaria cœli, leua oculos tuos in montes, unde veniat auxilium tibi, si vereris ad illum qui habitat in cœlis, id est, in montibus ipsis. A montibus, inquam veniet, auxilium tibi, quia lux tibi inaccessibilis illuminat mirabiliter à montibus æternis. Susceperunt montes lucem populo, à quibus ad valles camposque descendat subiectos. Hoc itaque dico fratres, optimum est nostræque infirmitati congruum illuminationis

Ecclesi. ii. initium:

Illuminationis prim

inītiū: si intendamus in eos qui illuminati sunt. *cipiū est,*
 Rectissima via est inueniendi Iesum, si præceden *si in eos o-*
 tium patrum sequamur lumen præuium. Semita *culos defi-*
 iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandū. *gamus, qui*
 Qui iustum sequitur, non ambulat in tenebris: *illuminati*
 non modò videbit, sed habebit lumē vitæ. Vide *sunt.*
 bit ad consolationem præsentis vitæ, habebit in *Esa. 26.*
 possessionem hæreditatis æternæ. Pietas nempe
 promissionem habet vitæ quæ nūc est & futuræ.
 Exerceamur ad pietatem, & neutro nos fraudā-
 bit, qui se ultro nobis fecit debitorem. Exercea-
 mur in operibus lucis, & qui abscondit lucem in
 manibus suis, annuncians de ea amico suo, quod
 possessio eius sit, & ad eam possit ascendere, &
 nūc aliquando in solatium operis eam nobis de-
 monstrabit, & postmodum in præmium dabit,
 ipse lux nostra Iesus Christus, qui viuit & reg-
 nat, & per omnia secula seculorum. Amen.

SERMO DE EO dem III.



VRGE illuminare Hierusalē, *Esa. 60.*
 quia venit lumen tuum. Benedi-
 ctum lumē quod venit in nomi-
 ne Domini, Deus Dominus &
 illuxit nobis: de cuius munere
 etiam dies iste, dies sanctificatus
 de illuminatione Ecclesiæ illuxit nobis. Gratias
 tibi lux vera, quæ illuminas omnem hominem
 venientem

IN EPIPHAN. DOMINI

*Ecclesie
gloria.*

Psal. 17.

venientem in hunc mundum, quæ ad hoc ipsum
venisti homo in hunc mundum. Illuminata est
Hierusalem mater nostra, mater omnium qui il-
luminari meruerunt, adeo ut iam luceat omnibus
qui in mundo sunt. Gratias tibi lux vera, quæ lu-
cerna es facta, ut Hierusalem illuminares, & lu-
cerna pedibus meis, verbum Dei fieret: Gratias,
inquam, tibi quoniam ipsa Hierusalem illuminata
facta est lucerna, ut luceat omnibus qui sunt in
domo magni patrisfamilias. Non solum enim il-
luminata est, sed exaltata super candelabrum il-
lud totum aureum, sita est ciuitas super montem
montium, illa quondam derelicta & odio habita,
posita est in superbiam seculorum: ut tam longè
lateq; fulgeat eius euangelium, quàm longè lateq;
mundi vigeat imperium. Et si opertum est euan-
gelium eius, in his qui pereunt opertum est, in qui-
bus Deus huius seculi, excecauit mentes infide-
lium, ut non fulgeat eis Ecclesia gloriæ Christi.
Quibus tamen non fulget ut videant, fulget ut in-
uideant: & Ecclesiæ torquentur gloria, qui ipsius
illuminari nolunt gratia. Verum Ecclesia nec pro-
pter gloriam qua floret superbiens, nec gratiam
qua pollet inuides, etiam illis quos molestos to-
lerat, lumen quod accepit implorat dicens: Quo-
niam tu illuminas lucernam meam Domine, Deus
meus illumina tenebras meas. Mei forsitan sunt
quia prædestinati, sed adhuc tenebræ sunt, quia
nondum vocati aut iustificati. Voca & ipsos in ad-
mirabile lumen tuum, & prædicabunt mecum ad-
mirabile nomen tuum. Quanquam iustus quisq;
ac sanctus

ac sanctus in Ecclesia, ita se illuminatū gaudeat,
 vt adhuc se non minima ex parte tenebrosū vi-
 deat & doleat, & ideo necessariē, cum illumina-
 tus sit, adhuc se illuminari petat. Quantō nanq;
 amplius lucerna eius illuminata fuerit, tantō ve-
 rius ex lucerna ipsa tenebras suas deprehendit.
 Nec statim contrariū putaueris, quod in Euan-
 gelio veritas ait: Lucerna corporis tui, est oculus *Matth. 5.*
 tuus. Si oculus tuus simplex fuerit, totū corpus
 tuum lucidū erit. Non enim quia ex oculo syn-
 ceræ intentionis, totum opus nostrum lucidum
 fit, ideo consequens est, vt statim omnes tenebrę
 ignorantiarū nostrarū illuminatę sint. Is nempe
 modus est adhuc illuminationis nostrę, vt in lu-
 men veritatis multū existimetur profecisse, qui
 defectum suum potuerit nosse, & scire quid desit
 sibi. Inde est quod & apud sapiētes huius mundi *Scire quid*
 qui magis sobriē disputarunt de scientia, primus *desit sibi,*
 numeratur scientiæ gradus, scire quod nescias. *magna*
 Fratres, omnes vos filij lucis estis, & filij diei. Nō *pars est*
 sumus noctis, neq; tenebrarum. Nox enim prę- *profectus.*
 celsit, dies autem appropinquauit. Et si fuimus *Primus*
 aliquando tenebrę, nunc autem lux in Domino. *sciētiae gra-*
 Veruntamen si quoniā non sumus tenebrę, nec *duis, scire*
 filij tenebrarum, dixerimus nos nihil pati tene- *qđ nescias.*
 brarum, nos ipsos seducimus, & tenebras mortis
 quę illuminari nō mereantur, nobis inducimus.
 Quid enim ait lux mundi, quę in iudiciū venit
 in hunc mundum, vt qui non vident videant, &
 qui vident cæci fiant? Quia, inquit, dicitis vide- *Ioan. 9.*
 mus, peccatū vestrū manet. Video quantulum-
 cunque,

IN EPIPHAN. DOMINI

Mar. 8.

Cecitas
cordis huius
mani.

cunque, quoniam tu illuminas lucernam meam
ô Domine, sed quia parū est quod video, Deus
meus illumina tenebras meas. Videmus vt mul-
tum per speculum & in æmigmatē, sed multum
longē est hoc ipsum à claritate vera, claraq; veri-
tate, quæ videbitur in facie. Ideo forsitan cæcus,
quem apud Marcum Dominus illuminare cœ-
perat, homines quasi arbores ambulantes vide-
bat: quia videlicet nō nisi per speculū & in ænig-
mate videbat, sed secundo. imponēs manum re-
stituit eum, ita vt videret clarē omnia: quod in
nobis fiet, cum nos reficiet, & sanitatem perficiet
impositiōe manū secunda, quam cœpit prima,
restituēs nos in claritate perfecta. Sed hoc ipsum
per speculū & in ænigmatē, cui aut quando, vel
quandiu potest cōtingere? Quām misericoorder
mecū ageretur, quām fœliciter mihi viderer illu-
minatus, si peccata mea possem videre, cui quo-
tidie necesse est plangere, circundederunt me
mala quorum non est numerus, & non potui vt
viderē. Nam delicta quis intelligit, quando etiā
specie virtutis vicium decipiens interficit, quasi
verē angelus tenebrarum transfigurans se in an-
gelum lucis? Magnus utique multumq; illumi-
natus, qui delicta ad liquidū intelligere potuit &
voluit: nam neq; & dolosus potuit, & noluit in-
telligere, vt bene ageret. De^o illuminator omniū
gentiū, de te nobis cantabatur, Ecce veniet Do-
minus & illuminabit oculos seruatorum suorum.
Ecce venisti ô lumē meū, illumina oculos meos
ne vnquam obdormiam in morte, ne peccatū ad
mortem

mortem oculos delectatione claudat, & ad consensum illiciat, aut velut Hisbopheth dormiens inueniens transfodiat. Venisti o lumen fidelium, & ecce hodie de illuminatione fidei, id est lucernæ nostræ, dedisti nobis gaudere: da etiam de illuminatione tenebrarum nostrarū, quæ residuæ sunt, semper gaudere. Dedisti lumen fidei, da & lumen iustitiæ, da lumen scientiæ, da etiam & sapientiæ. His profecto gradibus proficiendum, hac via proficiscendum tibi puto o anima fidelis, quò mundi huius tenebris exuta, peruenias ad patriam claritatis æternæ: vbi tenebræ tuæ erūt sicut meridies, & nox sicut dies illuminabitur. Tunc prorsus, tunc videbis & afflues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum, quando replebitur maiestate incircumscripti luminis omnis terra, & gloria eius in te videbitur. Domus Iacob venite ambulemus in lumine Domini, vt filij lucis ambulemus de claritate in claritatē tanquam præducente Domini spiritu: vt per singulos gradus virtutum regnum claritatis vltius inuadamus. Qui igitur iam per fidem sumus in lumine, ex ea & per eam in amplius & serenius lumē pgrediamur: primò iustitiæ, dein scientiæ, demumq; sapientiæ. Quod enim credimus per fidem, consequenter operandum vel promerendum est per iustitiam, post intelligendum per scientiā, ac postremò contemplandum per sapientiam. Prima *Lucerna* nanque omniū accensa est lucerna fidei, ad quam *fidei pri-* operemur in nocte huius seculi. Inde scriptū est *mū in no-* in laude mulieris fortis, quæ de nocte surrexit, *bis accēsa.* & de nocte

IN EPIPHAN. DOMINI

Prone. 31.

Ecclesi. 23.

& de nocte ac die operans manibus suis, panem ociosa non comedit. Non extinguetur, inquit, in nocte lucerna eius, id est nō deficiet in tentatiōe fides eius. Ad hanc lucernam non fiunt opera tenebrarum, sed extinguitur cūm fiunt. Qui enim malè agit odit lucem, ideoque extinguit lucernā fidei, postponit memoriā Dei, non est timor Dei ante oculos eius, & de tenebris quas sibi fecit arbitrorumq; absentia blanditur sibi dicens: Quis me videt? Tenebræ circundant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circumspicit me. Quem vereor? Delictorum meorum nō memorabitur altissimus, & non intelligit quoniam omnia videt oculus illius. Bona verò opera & si aliquādo propter vanitatem declinandam in abscondito fiunt, ad lucem tamen internā & æternam, id est, sub iudicio fidei & testimonio Dei fiunt, quia opera lucis sunt: lucernæ utique ardentes in manibus operantium & expectantium aduentum sponsi, qui educet quasi lumen iustitiam tuam, ad conspectum hominum & angelorum: & sicut lux meridiana clara est, clarescere faciet opera tua, quia in Deo sunt facta: ut Deum in te, & te in Deo clarificent omnium iudicia. Quanta verò claritate iustitia resplendeat etiam in præsenti, quanta luce lætificet conscientiam iusti, familiaris & suavius conscientiae vestrae testimonium vos docebit. Sæpè autem & fides radiat, & iustitia coruscat, & adhuc tamen intellectus caligat, ut mysterium fidei quod velut inuolutum tenēs veneratur, explicare nesciat, signatus sit ei liber scripturæ

scripturæ quasi literas nesciat: sed nec ad discretionem boni & mali, veri & falsi, exercitatos sensus habeat. Et tales quidē multi in Ecclesia, quorum fides multa, abundans iustitia, scientia ferè nulla. Quod tamen meritū & experientia iustitiæ lumē accēdat sciētiæ, docet sermo prophetæ, qui cū præmisisset: seminate vobis ad iustitiā, ut ostenderet quas interim primitias colligamus de hoc semine, subiunxit, Illuminate vobis lumē sciētiæ. Sic & apostolus ait, fructificātes in opere *Collo. i.* bono, & crescentes in scientia Dei. Tu quoque David sedēs in cathedra sapientissimus princeps inter tres, quomodo sup. senes intellexisti? Quia *Psal. 118.* mandata, inquit, quæsiui. A mandatis prorsus intellexi: quia intellectus bonus omnibus facientibus timorem Domini. Nam & vñctio docēs de omnibus, sciens nimirū quo ordine quidq; apud eam discendū sit, prius docet bonitatē & disciplinā, & postmodum scientiam, si tamen qui docendus est primo omnium crediderit, id est, elementa exordij sermonum iustitiæ didicerit. Ideo ille discipulus vñctionis tam prudēter precem ordinabat, atque allegabat: Bonitatē inquit, *Ibidem.* & disciplinā & scientiam doce me, quia mandatis tuis credidi. Ac si diceret. Didici prima elementa, id est, fidem non fictā, iam quod sequitur doce iustitiā, id est, bonitatē & disciplinā, ut sic demum prouehar ad sanctorū scientiam. Vocasti ad gratiam fidei, iam iustifica per bonitatem amoris, & disciplinā casti timoris, ut post magnifices munere scientiæ spiritalis. Quos autē

G vocauit,

IN EPIPHAN. DOMINI

vocauit, hos & iustificauit: & quos iustificauit, illos & magnificauit. Sciendum sanè quòd cùm sit hæc scientia sanctorum, nō tamen omnes sancti docentur eam, sed illi dūtaxat, in quibus nec industria gratiam, nec gratia destituit industriā: sed vtrunque mutuo sibi suffragio cooperatur, vt & docibilis sit homo discipulus, & spiritus ad sit doctor sedulus. Cùm autem varia charismata contineat hæc scientia, spiritus tamē moderator non in vnum faciliè confert omnia, sed diuidit singulis prout vult: alij noticiā mysteriorum, alij intellectum scripturarum, alij interpretationem sermonum, alij discretionē spirituum, alij illam quæ per necessaria est velut gnōsin, id est, dinoscēntiam atque dijudicationē virtutum ac vitiorum, ne fallant vitia specie virtutum. Non nocēbunt, inquit, & non occident in vniuerso sancto mōtē meo, quia repleta est terra sciētia Domini.

Esā. 11.

*Sapientia
vera, sa-
por & gu-
stus rerū
est ætera-
rium.*

Iam verò si quis post hæc & per hæc tria fidem, iustitiam, atque scientiam, proficiat ad sapientiā, id est, saporem & gustum æternorum, vt possit vacare & videre, videndoq; gustare quam suavis Dominus: & quod oculus nō vidit, & auris nō audiuit, & in cor hominis non ascendit, ei per spiritum reueletur: hunc omnino dixerim illuminatum magnificè & gloriōsè, tanquam qui gloriam Domini, reuelata facie speculetur, & super quem gloria Domini sæpius oriatur. Huic utiq; dicere habet non propheta, sed prophetarū spiritus: Surge illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est.

Esā. 40.

Fratres

Fratres non omnes capiunt hoc verbum, sed qui potest capere, capiat. Non condemnatur qui non capit, sed qui non cupit, utique teporis arguitur. Qui autem capit, nouerit quia hoc lumen sapientiæ feruens accendit oratio, sicut & lumen scientiæ frequens lectio, si tamen cum legis lucernam ardentem adhibueris, id est, iustitiam operum piorumque experientiam sensuū. Tu autem Domine pater luminum, qui lumen de lumine vnicū tuū misisti illuminare tenebras mortalium, da nobis per viam luminum peruenire ad lūmē eternum, ut placeamus corā te in lumine viuentiū, qui uiuis & regnas, per omnia secula seculorū. Amen.

SERMO DE EO dem III.



ECVND A nobis hodie fratres natiuitas celebratur, quæ de illa prima natiuitate tanquam de causa effectus, consequenter nata videtur. Illa siquidē quā vsq; hodie celebrauimus, natiuitas Chri-

sti est: ista quam hodie celebramus natiuitas nostra est. In illa nanque Christus natus est: in ista Christianitas nata est. Cum enim tria sint quæ nos faciunt Christianos, fides baptismus, & altaris participatio, hodierna dies fidem nobis inuiauit, baptismus consecrauit, ac mēsc̃ cœlestis miracula præformauit. Quomodo sanē prima gentium il-

*Tria sunt
quæ nos faciunt
Christianos.*

G ij lumi-

IN EPIPHAN. DOMINI

luminatio fidē nobis initiauerit, quomodo Christus baptizatus baptisma nostrum consecrauerit, qualiter illa conuersio aquæ in vinum, mutationem rerum in conuiuio mensæ Dominicæ præostenderit, nequaquam iam opus est vt doceamus: sed illud arbitror operę precium vt nosmetipsos commoneamus, ne fides in nobis à suis degeneret initijs, ne vacuetur in nobis gratia baptismatis, ne cedat nobis in iudicium participatio calicis Christi. Et ipsa quidē fides, qualis ab illis Magis primis videlicet authorib⁹ suis, nobis hodie tradita sit, qualiter maximū fidei sacramentū mysticis insinuauerint munerum figuris, satis abunde q̃; differuere patres nostri: vt ex ea parte nullus iam alius labor quàm in labores eorū introire nobis resederit. Sed neque magnopere postulat status, imò ruina temporis huius, vt de mysterio fidei disputetur, sed vt magis id modis omnib⁹ elaboretur, vt sicut apostolus ait, In consciētia pura, idem fidei mysteriū habeatur. Ecce enim hodie si de mysterio fidei interrogas, oēs ferē inuenis Christianissimos: si conscientias discutias, paucos admodum inuenies verē Christianos. Totus ferē mundus confitetur verbis se nosse Deum, factis autem negat: adeo vt & qui speciem pietatis videntur habere, virtutem eius læpius inueniantur propemodū abnegare. Quid putatis autē fratres mei, quos in hoc significare voluerim, quos scilicet dicā pietatis habere speciem, sed abnegare virtutem? Si illos qui spaciosam viam seculi ambulant intelligitis, quid illi vel de sola

1. Tim. 3.

*Mundus
totus ver-
bis Deū se
nosse fate-
tur, factis
autē negat.*

de sola præferunt pietatis specie, qui solo nomine Christiani, atque inuacuum assumentes nomen sancti Christi, tota ac libera professione sectantur quæ huic inimica sunt nomini, qui omni specie conuersationis, & modo vitæ se protestantur inimicos crucis Christi? Hæccine est species pietatis quam in eis videmus, habitus & incessus meretricius, sermo scurrilis, oculus impudicus, vëter qui pro Deo colitur, & omnis illa vitæ contumelia, quæ publicè & gloriabundè velut in faciem pietati irrogatur? Quæ enim in occulto ab ipsis fiunt, turpe est & dicere. Fodiat parietem eorum, qui ad ipsos missus est pphetare, vt adhuc maiores abhominaciones videat, quas non erubescunt aut verentur coram illa tremenda maiestate perpetrare. Quid enim mihi qui monachus videor, de his qui foris hoc monasterio sunt iudicare? Vtinā nec de his ipsis qui hic intus sunt, mihi esset iudicare. Ad meipsum nanque conturbata est anima mea, dum scilicet, vereor, ne hæc ipsa species pietatis, quam vtcunq; vobiscū gero, grauius me incipiat accusare, si pietatē ipsam me conuicerit abnegasse. Omnino fratres verendū est mihi, an vero & vobis ipsis, vos videritis, ne ad nos p̄cipuè spectet ille sermo, qui per Apostolum prophetatus est de temporibus nouissimis, vbi cū malitiam hominum describeret tunc futurorū, qualis nunc manifestè legi potest in vita & moribus eorum, longum tamen sic conclusit malorum catalogum, Habentes, inquit, speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. *2. Tim. 3.*

G iij enim ita

IN EPIPHAN. DOMINI

*Virtus pietatis
quæ sit.*

Esa. 61.

enim ita speciem pietatis habet, sicut hæc quam prætendimus, humilitas tonsuræ & habitus, parsimonia cibi & potus, labor ferè continuus, Scordinatissimus per omnia viuendi modus? Ceterum de virtute ipsa pietatis, quâ hæc species exterior promittit, quam propè nihil in me mihiq; similibus valeat inueniri, pudor mihi esset confiteri, si non omnibus essemus manifesti. Quæ est enim virtus pietatis, nisi charitas non ficta, humilitas vera, patientia longanimis, obedientia nõ segnis? In his virtutibus earumque similibus, quantum vobis liceat gloriari, vestro fratres relinquimus iudicio: de me siquidem ingenuè confiteor, quia nomina quidem earum scio, saporem adhuc ignoro. Merito itaque pudorem mihi pariter & timorem incutit habitus quem gero religionis, cui ferè nullum suffragatur testimonium virtutis. Nunquid enim tuto mihi possum vsurpare monachi nomen & honorem, cuius non habeo meritum & virtutē, cum sicut ante nos dictū est, simulata sanctitas duplicata sit iniquitas: & lupus sub ovina pelle deprehensus, grauiore sit sententia percellendus? Propterea vos quoque fratres, vt tuto gloriari possitis in hac qua corpora vestra decorata sunt specie pietatis, ponite corda vestra in virtute eius: vt species in corporibus, virtus in cordibus probatos vos exhibeāt tam angelis quàm hominibus, sitque sicut scriptū est: Omnes qui viderint eos cognoscent illos: quia isti sunt semē cui benedixit Dominus. Hæc est fratres Christianæ fidei pietas vera, hoc est habere mysterium fidei in

dei in consciētia pura. Vt enim mysterium fidei
quod hodie nobis mystica commendauerūt Ma-
gorū munera, fideliter & dignē conseruaremus
immaculatū in consciētia pura, Hodie itidē Chri-
stus baptizatus, non sibi, sed nobis asperfit, sicut *Baptismus*
Apostolus ait, corda nostra à consciētia mala, & *Christi nos*
lauit.

abluit corpora aqua mūda. Quām fœlix ō fratres
anima illa, quę sic lota in salutem, mox ē vestigio
secuta est saluatorē, vt deinceps adhærēs ei, cum
Apostolis illā meruerit audire vocem, Qui lotus *Ioan. 13.*

est, nō indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus
totus. Cēterū qui baptizatur à mortuo & iterum
tangit eum, quid proficit lauatō illius? Ego post
quam baptismo lotus fui, nō vnū mortuū, sed tot
mortuos quot opera mortis tetigi, & iuxta Pe-
trū Apostolū, contigit mihi illud verū prouerbij: *2. Pet. 2.*

Canis reuersus ad vomitū suū, & sus lota in vo-
lutabro luti. Quid igitur faciā? Quibus vltērius
aquis sordēstāras diluā? Audio quia sicut vna fi-
des, sic vnū baptisma est, nec secundo, baptis-
mati locus est, quoniā quicunq; baptizatur, in mortē
Christi baptizatur: qui sicut semel mortuus est,
sic & semel baptizatus est, vt & nobis vnici modū
& formā baptismatis pręscriberet. Diffidēre for-
sitā vltērius posse mundari, nisi quia desperan-
tem reducit in spem inter alias scripturę consolā-
tiōes, etiā fidele consiliū Helisei, etiā si tot⁹ instar
Naaman Syri lepra sim profusus, ac verno in-
curabili possessus. Vade, inquit, & lauare septies *4. Reg. 5.*
in Iordane, & mundaberis. Si dixisset lauare ter,
mundaberis, cōtinuō intellexissem trinam mer-

G iij sionem

IN EPIPHAN. DOMINI

*Humilitas
purgatio-
nē merea-
tur.*

sionem qua inundatur baptizati, diceremq; totum illud miraculum gratiam prophetare baptismatis, ut iam tunc Iordanis de virtute dominici baptismi cœpisset ad salutem gentiū operari: Nunc autem cūm signanter dicat, lauare septies in Iordane, quid sibi vult septenari⁹ iste, aut quis est Iordanis ille? Iordanis, ut aiunt, interpretatur descensus eorum: Quorum? Illorum vtiq; qui humiliantur ad pœnitentiā, qui nimirū quantō profundius descendunt per gradus humilitatis, tantō se pœnitius mergunt & plenius abluūt spiritalis alueo Iordanis. Ad meipsum ō Deus conturbata est anima mea, memor peccatorū suorū: ppter ea memor ero tui de terra Iordanis: quomodo scilicet in descensu humiliationis, munda ueris Naaman leprosum. Descendit, inquit, & lauit septies in Iordane iuxta sermonē viri Dei, & mundatus est. Descende & tu ō anima mea de curru superbiz, in salubres aquas Iordanis, qui de fonte domus Dauid, toto iam profluit orbe in abluionem peccatoris & menstruatz, Hæc est nimirum humilitas pœnitendi, quæ de dono pariter & exemplo profluēs Christi toto iam prædicatur orbe, totiusq; purgat crimina mundi. O vos Naaman Syri, non enim vnus, sed innumeri, ō inquam diuites sed leprosi, superbi sed erumnosi, quare tam vehemēter abhorretis lauari his medicinalibus aquis? Cur vobis ita viluit noster iste Iordanis præ fluuijs Damasci? Dicitis enim, si fortē quærentibus aliquando consilium salutis imitanda prædicetur humilitas & paupertas Christi. Nun-

sti. Nunquid non meliores sunt fluuij Damasci,
 omnibus aquis Israel, vt lauer in eis & munder?
 Nunquid non est melius, & ad purgationem pec-
 catorũ efficacius, quotidie benefacere de affluen-
 tia mundi, quàm semel omnia relinquendo pau-
 perem fieri? Sed enim audi Naaman, Fluuiũ Da-
 mascenum absorbebit Leuiathan, & non mira-
 bitur: nam de Iordane si habeat fiduciam quod
 influat in os eius, spes eum frustrabitur. Neque
 enim grande reputat quantiscunq; præter humi-
 litatem Christianã, virtutibus affluas: cùm etiam
 pauperes Christi deuorare se posse confidat: sed
 nihil in eis inimicus proficiet. Damascus secun-
 dum nomen suum, ciuitas sanguinis est, & aquæ
 eius sanguine mixtæ sunt: quia opera etiam bona
 carnalium & seculariũ vix à quocunq; peccato
 pura sunt. Et quomodo id quod infectũ est san-
 guine, sanguinẽ mundabit? qua ratione lepram,
 id quod leprosum est curabit? At Iordanis no-
 ster ipse quidem purum profluit, nec te calum-
 niari poterunt superbi, si totus in eomersus fue-
 ris, ac velut consepultus humilitati Christi. Au-
 di saltem ô Naaman domesticos tuos, humiles
 amicos, fideles consiliarios. Naaman recedebat
 indignans aduersum virũ Dei, quem consulue-
 rat. At illi, pater, inquiũt, & si rem grandem dixis-
 set tibi propheta, certè facere debueras. Fidele
 prorsus verbum, rationis & sapientiæ plenum:
 quippe suggestio est rationabilium hominis sen-
 suum, quos sibi Deus testes retinuit aduersus ho-
 minem ipsum. Pater, inquiũt, & si rem grandem

*Humilitas
 si desit, cœ-
 tera nihil
 profunt.*

IN EPIPHAN. DOMINI

*Odium est
sui ipsius,
nō omnia
pro salute
tentare.*

*Humilitas
Christi sep-
teplicis est
virtutis.*

dixisset tibi propheta: certē facere debueras. Nō credere nanque prophetā, Dei est iniuria: non tentare omnia pro salute, odium est sui ipsius & inuidia. Quid enim grāde esse potest in p̄cepto, vbi salus est in promisso? Quanto magis nō debet videri grāde & difficile, discere ab Iesu, quia mitis est & humilis corde: cū in eo pariter inueniatur & requies animæ, & p̄sēns medela spiritalis lepræ, pignusq; salutis æternæ. Tandem vix ægreq; obtinetur à superbo peccatore, vt descendat in Iordanem & lauet. Si tamen septies lauet, totumq; se plenius & sæpius imersat, non moratur effectus salutis fidē prophetico facere sermoni. Sed proh dolor, quanta est huius nostri miseria temporis, quia nō solum diuites, sed etiā pauperes leprosi, ita inueniuntur delicati, vt vix vsque ad talos salubribus intingi patiātur aquis: aut si semel lauerint, mox sibi plenissimē videantur mundati. At Helisæus non ita sentit: sed signanter exprimit, septies lauare & mundaberis. Sciebat nimirum humilitatem Christi quæ nobis imitāda est si perfectē volumus mundari, septemplex esse virtutis. Prima virtus quod cū diues esset pauper factus est, Secunda, quod paupertati extremitatem adiiciens in p̄sepi positus est, Tertia, quod matri subditus, Quarta, quod serui manibus hodie inclinauit caput, Quinta, quod discipulū furem tulit & proditorē, Sexta, quod sic mansuetus ante iniquum iudicem, Septima, quod pro crucifixoribus tam clemens intercessor fuit apud patrē. His vestigijs, licet satis à longē

à longè gygantem sequeris, si paupertatē diligis,
 si inter pauperes extremitatē eligis, si monasterij
 subditus es disciplinē, si minorē tibi pateris prę-
 esse, si falsos fratres equanimiter tuleris, si man-
 suctudine vincas cū iudicaris, si charitatem re-
 pendas illis à quibus iniustē pateris. Hęc humili-
 tas planē, sine iniuria vnici baptismi, rebaptizat: *Humilitas*
 quia mortē Christi nō iterat, sed mortificationē *veluti sea*
 & sepulturā criminum instaurat: & quod in illo *cū dus bapa*
 baptismo gestū est specie, hic rursus impletur ve- *tismus.*
 ritate. Hęc si quidem humilitas cōelos aperit, spi-
 ritum adoptionis restituit, pater agnoscit filiū,
 quippe in innocētia & puritate pueri regeneratū
 reformatū. Vndē bene de Naamā scriptura me-
 minit, quia restituta est caro eius, sicut caro pueri
 paruuli: significās, vt arbitror, quia eorū qui sic se
 abluūt, non solū corda recuperāt innocentiam
 paruulorū: sed etiā corpora secundū quendā mo-
 dum puerilē sibi vindicāt puritatē, mortificatiōe
 membrorū. Sic enim de quodā sanctorū legitur, *D. Martia*
 quia in membris defuncti septēnis quodāmodo *nū putat.*
 pueri gratia videbatur. Ecce fratres q̄ primi gra-
 tiā baptismatis tātis volutati sordibus amissimus,
 ecce verū Iordanē, descēsum scilicet humiliū, vbi
 piē rebaptizari licet inuenimus. Hoc tantū est, vt
 nō parcamus nobis de die in diē descēdere pro-
 fundius & plenius mergi, Christo q̄; penitus con-
 sepeliri. Ipsi gratias agamus, cuius hūilitas & for-
 mam baptismi hodie dedicauit credentib⁹, & gra-
 tiam nō disparē reseruauit pœnitentibus: Ipsi
 gloria per omnia secula seculorū. Amen.

Sermo

Sermo in Purifi- catione sanctę Marię.

Lucę 12.



INT LVMBI VESTRI præcincti, & lucernę ar-
dentes in manibus vestris.
Sint lūbi nostri præcincti,
vt purificationē Marię emu-
lemur: sint lucernę arden-
tes in manibus, vt gaudium

Symeonis lumen in manibus portantis, etiā visi-
bili signo in nobis repræsentemus. Simus videli-
cet casti corpore, & mūdi corde, & purificationē
Marię expressimus: simus ardentes deuotione
& lucentes opere, & cum Symeone Christū por-
tamus in manibus. Maria tamen non tam purifi-
cata fuit, quā mysterium purificationis com-
mendauit: implendo legalem, significando spiri-
talem. Quid enim in ea purificandū esse potuit,
quæ virgo concepit, virgo peperit, virgoq; per-
mansit, imō quæ ipso conceptu plenē purificata
fuit, si quid fortē minus antē puritatis habuit?
Quid, inquam, mundandum habuit conceptus
ille, qui solus potest facere mundū de immundo
conceptum semine, qui fontem in quo mundus
immundus purificetur ædedit, fontē domus Da-
uid, qui hodieq; patet, indefesseq; scatet in ab-
lutionem peccatoris, & menstruata? Suscepit
tamen

tamen mater totius puritatis, purgationis legitimæ speciem: vt simul & obedientissimæ humilitatis virtutem, & Euangelicæ purificationis insinuaret veritatē. Vbi nunc ille qui tam fallaciter quàm contumaciter præsumēs de sanctitate, detrectat purgatoria poenitētium remedia subire? Esto quod sanctus sit: nunquid sicut sanctarum sanctissima, quæ sanctum sanctorum peperit Maria? Vtinam fratres mei, vtinam nos illam habere-
 mus humilitatē in peccatis nostris, quam verē sancti habuerunt in virtutibus suis. Sed omittamus nūc istud, vt quod cœpimus prosequamur. Ac primò quidem de illa spiritali purificatione, quam Maria offerens pro se & pro filio paraturum, aut duos pullos columbarum nobis commédauit prosequeremur, nisi quia patres nostri, sicut vobis notissimum est, omnia ad liquidum profecuti sunt: & quomodo turtur ad castitatē carnis, columba ad simplicitatē mētis pertineat, diligenter differuerunt: nec illud quidem prætereuntes quid sit sacrificium de vno turture, vel pullo columbino, quid holocaustum de altero. Hoc vnum tamen adijcimus, quod quantò notiora nobis sunt mysteria, tantò districtius & iustius eorū à nobis exiguntur opera: quia scienti bonum & non facienti peccatum est illi: & seruus sciens voluntatem domini sui, & non faciens digna, plagis vapulabit multis. Relinquentes igitur quod tractatum est sufficienter, illud potius tractemus, si placet, quid hæc pulcherrima Ecclesiæ consuetudo luminarium hodie gestandorū, aut factum

Humilitatem nō habemus in peccatis nostris quam habuerūt sancti in virtutibus suis.

DE PVRI. BEATÆ MARIE

aut factum representet, aut faciendum demon-
stret. Quanquā ne id puto quidē vobis incogni-
tum, etiam si nunq̄ sit auditum. Quis enim hodie
cārēū ardentem gestans in manibus, non statim
illius senis recordetur, qui hodie IESVM acci-
piens in vlnas suas, verbū in carne, tanquam lu-
men in cæra, ipsum esse lumē ad illuminationem
gentiū perhibebat. Erat profecto & ipse lucerna
ardens & lucens, testimonium perhibens de lu-
mine, qui ad hoc ipsum in spiritu quo plen⁹ erat
venit in templū, vt suscipiens misericordiā tuam
Deus in medio templi tui, prædicaret ipsam esse
misericordiā, & lumen populi tui. Verē tu senex
serene lumen portabas, non modō manibus, sed
& sensibus, qui sic eras illuminatus, vt tantō ante
futuram illuminationem gentium tam clarē vi-
deres, & iam tunc inter tenebras Iudaicę infide-
litatis, hodierna claritas fidei nostrę tibi corusca-
ret. Lætare iam senior iuste, vide iam quod præ-
uidebas: discussæ sunt mundi tenebræ, ambulāt
gentes in lumine tuo. Plena est omnis terra glo-
ria luminis illius quod occultū in sinu fovebas,
imō quo sensus tuos refouebas. O fomes amoris
ipse amor suavis & dulcis ad refocillandam ani-
mam. Prorsus suavis & dulcis, etiā cū crucias
& affligis: cruciatus fœliciter delectās, sicut ignis
salubriter refrigerans. Ignis iste fratres si in sinu
absconditus fuerit, vestimēta nō comburit: imō
illum ignem extinguit, qui in sinu celatus non
modō vestimentum adurit, sed & quod vestitum
est depascit, id est corpus & animam pariter con-
sumit.

sumit. Deus, inquit, noster ignis consumens est. *Deuter. 4.*

Sed o ignem consumentem. nam animā refouet, demulcet mentem, spiritum recreat, reparatque pereuntem. Huius ignis vim Simeon non ignorabat, qui in sinu suo eum portare gaudebat, petulq; senile fortu illius calefaciebat. Quam salubrius & suauius ignis iste senem nostrū calefecit, quam regē Dauid Abylag Sunamitis, nisi forte Abylag hic idem ignis fuit: sapiētia scilicet, cuius amplexu non solum recalescūt frigidi, sed etiam reuiuiscūt mortui. Amplectere igitur o beate senex sapientiam Dei, & recalescēt atq; recanescēt quasi de nouo sensus tui: astringe vberibus tuis misericordiam Dei, & erit senectus tua in misericordia vberi. Inter vbera, inquit, mea commorabitur: etiam cū reddam illum matri suæ, manebit apud me. Et cū inter materna vbera continebitur, nihilominus inter vbera mea commorabitur, & vbera quoque mea inebriabit misericordia vberi, & si nō quantum vbera matris. Illa quippe sicut singulariter mater est summæ misericordiæ: sic excellēter habet vbera vberis misericordiæ. Gratulor & cōgratulor tibi gratia plena quæ misericordiā genuisti, quam suscepi, cæreum præparasti, quem accepi. Tu cæram ministrasti suscepto lumini, virgo virginum virgini, dum incorrupta mater incorruptibile verbū incorrupta carne vestisti. Eia fratres mei ecce ardet cæreus in manibus Simeonis, accēdite & vos cæreos vestros de illi^o mutatioe luminis: lucernas dico quas Dominus iubet esse in manib^o vestris,

Accedite

Cant. 2.

Nota.

8. 1. 1. 1.

11. 1. 1.

DE PURI. BEATÆ MARIE

Accedite ad eum, & illuminamini, vt nō tam lucernas feratis quā ipsi lucernæ sitis: lucētes intus & foris, vobis & proximis. Sit ergo lucerna in corde, sit in manu, sit in ore. Lucerna in corde luceat vobis, lucerna in manu vel ore luceat proximis. Lucerna in corde est pietas fidei, lucerna in manu exemplū operis, lucerna in ore sermo edificatiois. Non solū autem coram hominibus lucere nos necesse est per operationē, & sermonem, sed & coram angelis per orationem, coram Deo per intētionem. Lucerna quippe nostra coram angelis est pura deuotio, cū in conspectu angelorum psallimus sapienter, vel oramus ardentē: lucerna corā Deo simplex intentio, vt ei soli placeamus, cui nos probauimus. Et ne putemur in his quæ dicimus sensus nostri somnia secuti fuisse, probemus nos potius in omnib⁹ adhæsisse testimonijs scripturæ. Quod enim fides lucerna sit, testatur Salomon loquēs de muliere forti: Non extinguetur in nocte lucerna eius: quod vtique intelligimus, non deficiet in tentatiōe fides eius. Nā & de charitatē quæ nihil aliud est quā fides operans per dilectionem, apud eundem legimus Salomonem: Lampades eius, lampades ignis atque flammarum. Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatē, nec flumina obruent illam. Quod opus bonū lucerna sit, lux ipsa veritatis indicat, cū ait: Sint lūbi vestri præcincti, & lucernæ ardētes in manibus vestris. Et, luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona. Quod sermo edificatiois lucerna sit,

*Lucendum
nobis intus
& foris.*

Proxe. 31.

Cant. 8.

Luc. 12.

cerna sit, David dicit: Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumē semitis meis. Et Petrus apostolus de sermone prophetico cui benefacitis, inquit, intendentes, tanquam lucernę lucēti in obscuro loco. Declaratio quoque sermonum Dei illuminat, & intellectum dat paruulis: siue cū sermones Euangelici declarant vmbra legis, siue cū ipsi sermones tam euangelij quā legis declarantur expositionibus dilucidis, qui nō intelligentibus paruulis videbantur obscuri: & in lumine dicimus quod dictū erat nobis in tenebris. Ideo & Philippus in figura cuiuslibet Ecclesiastici doctoris dictus est os lampadis: eo quod de ore ipsius ad illuminationem audientium coruscaret ignitum eloquium Domini. Sermonē autē Dei intelligo fratres mei, quicquid spiritus eius dignatione sua loquitur in nobis: omnem vtiq; sermonem qui bonus est ad ædificationem fidei, in prouocationem charitatis. Si quis ergo nostrū loquitur, quasi sermones Dei, vt etiā in priuatis colloquijs omnis sermo malus non procedat de ore nostro, sed si quis est ad ædificationem fidei, vt gratiam det audiēti, & qui audierit, dicat, gratias agenstibi: Benedictus sermo oris tui, quia lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumē semitis meis. De oratione autem quod & ipsa lucerna sit, maximē si diuinitus sit illuminata, ex eo colligimus quod Salomon ait: Lucerna Domini spiraculū hominis, quę inuestigat omnia secreta ventris. Lumē nanque quod nobis orantibus vel pfallentibus de super aperitur, spiraculū vitę est,

H in quod

DE PURI. BEATÆ MARIE

- in quod suauiter respiramus. Huius lucernæ videtur Iob recordari, cum in mœrore tentatiōis recolens cum suspirio lætitiā præteritæ consolationis ait: Quis mihi tribuat vt sim iuxta menses pristinos, secundum dies quibus Deus custodiebat me, quando splēdebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris. Cæterum quodd lucerna hæc dicitur inuestigare omnia secreta ventris, id est mentis, nō illud esse putandum est quod Dominus commisit se scrutaturum Hierusalē in lucernis: cum istud gratiæ sit illuminantis, illud iudicij exquirentis. Nam & aliter inuestigat secreta vëtris portio medici, aliter gladius carnificis. Iam verò de intentione, quodd & ipsa dicatur lucerna, nemo est qui ambigat: si tamē euangelicū illud intelligat, Lucerna corporis tui est oculus tuus. Vt igitur tot lucernas vobis fratres illuminetis, accedite ad fontē luminis & illuminamini: (Iesum dico qui lucet in manibus Symeonis) vt scilicet fidem illuminet, opus illustret, sermonem bonum subministret, orationem inflammet, intentionē purget: vt siue opere, siue sermone, vel oratiōe, quæ ratis placere coram eo in lumine viuentium, qui scrutari habet Hierusalē in lucernis suis, & examinare etiam lumen nostrum. His omnibus accensis o fili lucis, iam non ambulabis in tenebris, nec timenda tibi erit illius sententia maledicti, Qui maledixerit patri vel matri extinguetur lucerna eius in medijs tenebris: id est, deficiet consolatio huius lucis, irruentibus vndique hinc exterius
- Iob 29.**
- Matth. 5.**
- Christus
fons luminis
nostri.**
- Pro. 20.**

terioribus inde interioribustenebris. Tibi enim
cui tot interius ardēt lucernæ, cū extincta fue-
rit lucerna huius vitæ, orietur lux inextingui-
bilis vitæ, & quasi fulgor meridianus consurget
tibi ad vesperum: & cū te consumptum puta-
ueris, orieris vt lucifer, & tenebræ tuę erunt si-
cut meridies. Non tamen erit tibi sol amplius ad
lucendum per diem, aut splendor lunæ illumi-
nabit te, sed Dominus erit tibi in lucem sempi-
ternā: quia agnus lucerna est nouę Hierusalē, cui
benedictio & claritas in secula seculorū Amen.

SERMO DE EO dem II.



ICVT ad diē natiuitatis, id est,
aduētus Dominici, pertinet illa
gratiarū actio & vox laudis: Be- *Psal. 117.*
nedictus qui uenit in noīe Domi-
ni, & ad diem apparitiōis, id est,
nostræ illuminatiōis, illud quod

sequitur, Deus Dominus & illuxit nobis: sic etiā
quod subsequitur, Cōstituite diē solennē in con-
frequentationib⁹ vsq; ad cornu altaris, nō absur-
dū, vt arbitror, pertinere dicitur ad hūc diē, no-
bis utiq; celebrē, frequētia solenni: diem scilicet
Dominicæ presentatiōis, quando à matre solen-
niter ad altare presentatus est patri. Nam & in eo
quod adiungitur: Deus meus es tu & confitebor
tibi, Deus meus es tu, & exaltabo te: confitebor

H ij tibi

DE PVRI. BEATÆ MARIÆ

tibi quoniā exaudisti me, & factus es mihi in salutē: quid tam conueniēter accipimus quā fidē & confessionē Symeonis & Annę, quę & ipsa hora superueniēs confitebatur Domino, & loquebatur de illo oībus qui expectabāt consolationē Israel? Bene ergo citharista noster monebat lætari Hierusalē & conuentū facere in die tam solēni, Constituite inquit diem solennē in confectionationibus, vsq; ad cornu altaris. Non mediocris aut parum solennis illa frequentia fuit, cū inde venit Iesus & Maria cum turba parentum inducentium puerum, vt facerent secundū consuetudinē legis pro eo, inde occurrit Symeō & Anna cum turba expectantium consolationē Israel, quibus testificati sunt de eo. Non crediderim ego de hac solennitate quę tam pium, tam lætum conuentum habuit, illam fuisse prophetę querelam lachrymabilem: Viæ sion lugent, quia non est qui veniat ad solennitatem: nisi fortē arguat paucos venisse de tanto populo qui erat in omni Iudęa & Hierusalem. Ad comparisonem siquidem tantę multitudinis pauci venerunt, & de ipsis paucis paucissimi, vt arbitror, eum receperunt, cū præsentem viderent diu expectatū, sicut voce patris per Malachiam fuerat repromissum: Ecce, inquit, veniet ad templum suum dominator, quē vos queritis, & angelus testamēti quem vos vultis. O Iudæi adest ecce dominator quem vos queritis, cur offerentem se vobis non recipitis? Queritis & non queritis. Sed si queritis, querite: conuertimini & venite. Queritis qui re-

Zbren. 1.

Cap. 3.

Esa. 21.

qui redimat de manu hominum, non queritis,
qui redimat de manu dæmonum. Queritis qui
eruat de seruitute Romanorum, non queritis
qui eruat de captiuitate vitiorū. Si verè utique li-
beratorem queritis, querite liberatorem ani-
marum vestrarum, qui saluum faciat populum
suum à peccatis eorum. Si queritis sublimem,
querite prius humilem, quoniam, vt ait Daniel *Danie. 4.*
humillimum hominē constituet Deus super o-
mne regnum. Si queritis dominatorem potētis,
querite prius doctorem iustitiæ, quia iustitia fir-
mabitur thronus eius, & iustitia & iudiciū præ-
paratio sedis eius. Quia enim perfectè non que-
ritis, ideo nec presentem inuenitis, sicut de vobis
ipse prædixit. Querent me mali, & non inueniēt
me, quia oderunt me: Querent absentē, nec in-
uenient etiā præsentem, quia oderunt lucē mala-
corum opera arguentem, cū sapientia non nisi
per dilectionem possit queri, nedū inueniri.
Symeon nanque, quia pio & fideli querebat de-
siderio, quæsitum inuenit, & inuentum agnouit
sine alterius indicio, sine humano scilicet testi-
monio. Nam spiritus est qui testificatur, quo-
niam CHRISTVS est veritas: virtus utique
quæ de ipso procedit, vnctio docens de omnibus,
quæ de illo singulariter secundum nomen suum
vncto, multipliciter profluit. Quid autem puta-
mus fratres mei, vnctus iste qui vngit etiā quos
non tangit, quomodo candidum & sanctum pe-
ctus senis nostri perunxerit, cū suscipiēs eum
in vlnas suas, alstringeret eum vberibus suis, &
H iij gestiret

DE PVRI. BEATÆ MARIE

Cant. 1.

gestiret includere si posset in intimis cordis sui? Quid in quā putamus ille suavis & mitis, qualem inlinuabat seipsum castissimo sinui pij senis, qualis illabebatur medullis, quā delectabilē & salubré, imō quā omnino ineffabilē se implicabat ossibus, inspirabat sensibus? Prorsus liquecebat vnctus in vnctionē, quasi ad ignem resolutus ad amplectētis amorē: vt nimirū doceret vnctio quod dicit lectio, sed nō discit nisi dilectio. Quomodo enim legis? Vnguentū, inquit, exinanitū nomē tuū. Hoc siquidem vnguētum exinanitur cū a quadā dūritia sui resoluitur, non vt peresfluat substantia illius, sed vt fluat aromata illius: vt quasi nihil habens solidi sentiri possit, teneri non possit. Aut certē magis anima senis liquecebat in amplexu huius vncti, vel vnguenti: vt diceret anima mea liquefacta est, vt dilectus meus infusus est mihi. Infusio itaque vnctionis, testimoniū est vncti. Hęc seni testabatur de puero, Symeoni de Christo, tanquam spiritus veritatis & charitatis: veritate docēs, charitate vngens, & accendēs, & omnia interiora gelidi senis ponēs quasi cū vnguenta bulliunt. Motus bullientium vnguentorum, æstus desideriorum: sonus eorum, iubilus affectuum pariter dicentium, si tamē aliquid exprimere valentium: Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te. Lumen ad reuelationem gentium: & gloriā plebis tuæ Israel annuntiās te. Confitebor inquam tibi, quoniam exaudisti me, quotidie cum lachrymis dicentē, quando consolaberis me? Exaudisti me & nunc

& nunc demum Symeonem, id est, exauditum fecisti me : quia factus es mihi in salutem. Iesus mihi factus ex semine Dauid secundum carnem qui Dauid & omnia fecisti secundum deitatem. Omnibus quidem generaliter factus es in saluatorem, sed mihi specialiter factus es in salutem: pectus morbidum perungēs, vitalemque resuscitans calorem, animam refocillās, & oculos illum minans. Defecerat enim anima mea in salutare tuum ô Domine, pater Domini mei Iesu Christi, defecerant oculi mei in eloquiū tuum, dicentes, quando consolaberis me? Factus eram sicut vter in pruína, frigidus corpore, aridus corde, spiritu marcidus, & totus desiderio languidus. Sed quia in verbum tuæ promissionis supersperaui, non visurum scilicet me mortem, nisi viderē Christū tuum, quod speraui iam video, quod desiderauiteneo, quod concupiui complector. Video Deū Saluatorem meum in carne mea, & salua facta est anima mea. Viderunt oculi mei salutare Dei, & illuminati sunt interiores oculi mei qui languebant præ inopia. Omnino ad tactū huius pueri, huius hominis noui, renouata est vt Aquilę inuentus mea, sicut paulō ante mihi loquens pollicebat. Introibo ad altare Dei, vbi Maria Iesum offert patri, ad Deum qui lætificat senectutē meā, imō renouabit iuuentutem meam. Nec minore fortassis gaudio exultabat cor Annę in Domino: quę, vt arbitror, ratō maioris fuit meriti, quantō altioris propositi & sanctioris desiderij, quā illa Anna mater Samuelis : cū illa cogitaret quę

DE PVRI. BEATÆ MARIE

mundi sunt, quomodo placeret viro, hæc quomodo Deo: illa de thoro viri quereret sobolem, hæc de sinu patris peteret Saluatorem. Hæc igitur quodam præfagio gratiæ excellentis quæ in vita eius effloruit, qua etiam gratiâ redemptoris agnoscere & prædicare meruit, gratiæ nomen accepit: exemplar veræ viduitatis, speculū sanctitatis, & viuum in emortuo corpore simulacrum totius virtutis. Hæc finem legis & initium euangelij sentiens propinquare, ritus Iudaicos Christiana iam cœperat pietate mutare: ieiunijs potius & orationibus seruies nocte ac die, quàm cibis & potibus & varijs baptismatibus, iustitijs carnis nō animæ. Inde erat quod benedictione filiorum quæ in lege magni habebatur contempta: nomen melius a filijs & filiabus elegerat: & iam per annos octoginta quatuor, lignum esse aridum, lignoque insidere arido, tanquam turtur amissa semel coniuge gaudebat. Ecce habes par turturum, senem iustum, & viduam aſſu: vtrunque castū, vtrunque desiderio redemptoris gemebundum: qui utique semetipsos hostiam viuam, sanctā, Deo placentē, Domino & pro Domino obtulerunt. Par turturum sanè dico non coniugum, sed coniunctorū, non copula matrimonij, sed sacrationis mysterij: pares nimirum fide, æquales castitate, similes deuotione, consortes prædicatione gratiæ: ambos prouectæ ætatis, ambos perfectæ sanctitatis, qui etiam ante euangelium, euangelicæ puritatis ac pietatis in vtroque sexu primitias dedicauerūt. Hi duo vario decore virtutum adornauerūt thalamum

lamum tuum Sion ad suscipiendum Christum
 regem, nō parietes templi tui, sed penetralia cor-
 dis sui: secreta cubiculi, vbi adorare patrē in spi-
 ritu & veritate iubemur: vbi & suscipitur, qui in
 manu factis se nequaquam habitare testatur. In
 istis itaque suscepit Christum fidelis Sion, in istis
 gaudēs & lætabunda occurrit Deo suo. Aliās vix
 habet vbi reclinet caput suum: & secundū Esaiā:
 Apōriatus est, & non est qui occurrat. Sufficit ta- *Esa. 59.*
 tamen istorum occursum ad omnē solennitatem
 & lætitiā, eō quod consummatio abbreviata
 inundet iustitiā, & consummata atq; abundās
 iustitia paucorum, facili compenset infidelitatē
 multorū. Mihi omnino celebris est iste conuen-
 tus, mihi solennis ista processio, omniq; festiua
 gaudio, vbi hinc aduenit puer & puerpera, Iesus
 & Maria: inde occurrit senex & vidua, Symeon
 & Anna: hinc Dominus & Domina, inde seruus
 & ancilla: hinc mediator & mediatrix, inde tam
 fideles tamq̃ deuoti ipsorum testes & ministri.
 In hoc deniq; conuentu misericordia & veritas
 obuiauerūt sibi: misericordia scilicet redemptio-
 nis in Iesu, veritas confessionis in senibus. In hoc
 occursum, iustitia & pax osculatę sunt: dum iustitia
 piōrum senum, & pax reconcilians mundum
 inuicem in osculo affectuum & gaudio spiritus
 consociatę sunt. Rectē ergo quod hac nocte can-
 tauimus, ad lætitiā huius diei pertinere credi-
 mus, saluo dūtaxat alio profundiore intellectu.
 Lætare Hierusalē: & diem festum agite omnes
 qui diligitis eam. Ac si diceretur: Lætata est Na-

DE PVRI. BEATE MARIE

Esa. 66.

n. 4^hor

in Anna
in Symeone
in Maria
in Iesu

in Anna
in Symeone
in Maria
in Iesu

zareth de annūciatione, Bethleem de natiuitate:
Lætare & tu Hierusalem de purificatione, quo-
niam qui in Nazareth conceptus, & in Bethleem
natus est, in Hierusalem est susceptus & prædi-
catus. Et diem, inquit, festum agite, siue conven-
tum facite, omnes qui diligitis eam, scilicet Hie-
rusalē, id est, festiua deuotione conuenite in tem-
plum, ad suscipiendū redemptorem, omnes qui
expectatis redemptionē Israel. Iam verò fratres
si moraliter, sicut mos vester est, ædificari vestra
querit sanctitas, quatuor illas illustres in hac pro-
cessione consideret personas: quarum vita, non
solum Ecclesias illustrat, sed & cœlos adornat:
Iesum loquor & Mariam, Symeonem & Annā.
Et vt ab inferioribus ad superiora progrediatur
sermo, in Anna quæ ieiunijs & obsecrationibus
seruiebat nocte ac die, ieiunium nobis commen-
datur & oratio: in Symeone qui tanto Iesum amo-
plectitur gaudio, pietas & deuotio: in Maria, quæ
cū nihil deberet legi, in hac scilicet parte puri-
ficationis, legē nihilominus impleuit, humilitas
& obedientia: in Domino autem Iesu, qui factus
ex muliere, factus est etiā sub lege, vt eos qui sub
lege erāt redimeret, charitas & misericordia. Nā
castitatis sanctimonia, cuius laus, vt comperi, ve-
stram semper puritatem delectat, in omnibus ef-
fulsit communiter, licet satis dissimiliter: cū in
senibus fuerit labore continentię, in puella mu-
nere gratię, in puero iure & proprietate nature:
non puericię recens natę, sed puritatis innatę.
In ipso nō solum huius virtutis, sed etiam omniū
origo

origo & perfectio, ab ipso singularū distributio, per ipsum earū conseruatio, apud ipsum remuneratio. Apud ipsum igitur ambiamus tam virginis Mariæ, quàm Symeonis & Annæ meritis suffragantib⁹, vt quod minus habemus virtutis largiatur, quod largitus fuerit tueatur: vt depositū ipsius, per tutelā ipsius integrū ei reassignantes, remunerationem cōsequamur ipsius, Qui viuit & regnat per omnia secula seculorum. Amen.

SERMO DE EO dem III.

SENEX puerū portabat. Senex plenus dierum, puerum antiquum dierum. Longitudine dierum adimpleuerat Deus senē istum, vt ostenderet ei salutare suum in vultu nostro, sed adhuc aliorum longitudine dierum adimpletur erat, vt ostenderet ei salutare suū in vultu suo. Plenus ergo dierum temporalium portabat antiquum dierum antiquorum, atq; spei æternæ pignus fidelissimum tenebat in sinu repositum: quod videlicet dies suos, super dies regis adijceret puer ille, iuuentutemque eius renouaret vt aquilæ. Quanquam senem quoque istum, sicut Abraham, cū dicitur plenus dierum, libentius accipiam plenum virtutum quàm temporū: cū tempora statum nullum habeāt, suoque accessu decedentia, hominem potius exhauriant quàm adimpleant. Sed neque magnum est, imò magis malum est,

DE PVRI. BEATÆ MARIE

Multis malum est, multis vixisse diebus, si non feneris
 vixisse die virtutibus: cum puer centum annorum moritu-
 bus & nō rus sit, & peccator centū annorū maledicendus.
 fenuisse virtutib⁹, Ideo si annis multis vixerit homo, vt ait Salo-
 malum. mon, & in oībus latus fuerit, meminisse debet
 tenebroſi temporis & dierum multorū, qui cūm
 Eccl. i. ii. venerint, vanitatis arguentur pręterita. Cęterū
 e contrario ſenectus venerabilis eſt, nō diuturna,
 neque numero annorum computata. Cani ſunt
 enim ſenſus hominis: & ætas ſenectutis vita im-
 maculata. Si hac vtique ſenectute Symeon non
 conſenuiſſet, nunquam coronam ſenū, ſapien-
 tiam Dei Chriſtum portare meruiſſet. Sic nanq;
 Proue. 16. ſcriptum eſt: Corona dignitatis ſenectus: quę in
 vijs iuſtitię reperitur. Et quę eſt illa ſenectus,
 quę in vijs iuſtitię reperitur, quę reperienti in
 coronā aptatur, niſi ſapientia Dei Chriſtus? Ipſe
 nanque meritō iuſtorum operum tribuit canos
 ſenſus ſapientię, quam poſtmodum formabit iu-
 ſtis in coronam glorię. Sanctus itaq; ſenex Sy-
 meon, vt ſanctius ſenefceret adhuc, ſenectutem
 ſapientium, ſiue ſapientiam ſenū factam puerū, in
 vijs iuſtitię, cūm ſcilicet in ſpiritu venit in tem-
 plum reperit, & comperit in veritate: quia ſene-
 ctus erat in lactente, ſapientia in infante: virtus in
 infirmitate, verbum in carne. O infantia, o ſene-
 ctus, quā bene vobis pariter conuenit in huius
 pueri ſenſibus & moribus, quo vtique nihil inno-
 centius, ſed nihil ſapientius: nihil iucundius, ſed
 nihil maturius: nihil mitius, ſed nihil iuſtius. Vo-
 bis, o filij hominum vobis iam tūc ipſo ſuo ſilen-
 tio loque-

tio loquebatur Dei sermo, vt videlicet malitia fatis paruuli: sensibus autē perfecti. Alij siquidem ex vobis columba seducta, non habens cor, simplicitatem nō salientes prudentia, relinquuntur fatui: alij sapientes sunt vt faciant mala, bene autem facere nesciunt: & prudentiam non dulcorantes bonitate, efficiuntur acerbi. Prorsus congruum & gratum vtrisque temperamentum atq; condimentum puer iste antiquus dierū, in pueritia præferens ingenitam sibi innocētiam, & de antiquitate dierum referēs primogenitā omniū sapientiam. Si quis se imperfectum sensibus aut inconditum intelligit moribus, veniat in templū cum Symeone, & puerū quē mater affert Maria, accipiat in manibus: id est, verbum Dei, quod mater offert Ecclesia, complectatur affectibus. Ipsum vtiq; repositū in sinu sensus ædificabit, mores dulcorabit, totum statum mentis & ordinem vitæ grata & salubri suauitate temperabit. Non solum autem mater Ecclesia in audiendo, sed multo magis mater gratia in orando, puerū tibi dabit amplectendum, si modō frequens & deuotus orator venias in templum vt dicas quotidie Deo: Adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Quem enim Ecclesia prædicās offert auribus, gratia illuminans infert cordibus, eō vtiq; præsentiolem & suauiolem, quō nudam veritatem puris tradidit sensibus. Veritatē quippe quæ est Christus, Maria vestitam carne, Ecclesia vestitam sermone, gratia nudam tradidit amplectendam spiritus infusione: quanquam hoc ipsum

Psal. 5.

DE PVRI. BEATÆ MARIE

hoc ipsum diuerso modo fiat, pro capto scilicet
 suscipientis animæ, siue pro arbitrato dispensan-
 tis misericordiæ. Licet enim ipsam summæ veri-
 tatis faciem non facile videamus, magnusque hæc
 beatur cui vel per speculum & in enigmate eam
 intueri datur: quiddam tamen ipsius, cum spiri-
 tus nobis illabitur, veluti nudum sentimus, sen-
 susque noster in amorem ipsius veluti ad nudum
 confricatur. Tunc prorsus ex sententia dicere pos-
 sumus, & cantare lætabundi: Suscepimus Deus
 misericordiā tuā: in medio templi tui. Beatus qui
 vt dignius & crebrius eam suscipiat, congruum
 ei locū in cordis penetralibus parat. Beata Sion
 illa, quæ thalamum suum diligenter ac decenter
 adornat, vt cum digno ac placito Christum regē
 honore suscipiat. O sancta Sion, anima speculās
 æterna, cōsidera quæ sit illa maiestas suscipienda,
 cogita qua cura ac diligentia te illi præparare lo-
 cum oporteat. Si quis dixerit, & ad hæc quis ido-
 neus: quis esse potest magnificentię & glorię tati
 regis congruus ornatus: frustra, inquit, David,
 paupertatem quispiā causetur, In pace factus est
 locus eius, & iustitia & iudicium præparatio se-
 dis eius. Symeon vtique quia huiusmodi pallijs
 thalamum adornauit, ideo Christum cum multa
 suscipere gratia dignus fuit. Vis videre quia in
 pace inuenerat locum Domino, quia sedem præ-
 parauerat ei in iustitia & iudicio? Homo, inquit,
 erat in Hierusalem, cui nomē Symeon, & homo
 iste iustus & timoratus. In pace erat domus Sy-
 meonis, qui habitabat in Hierusalem: id est, in
 visione

Psal. 47.

Psal. 75.

Lucæ 2.

visione & amore pacis, de qua scilicet Hierusalem audierat David promittentem, Nō commouebitur in æternum qui habitat in Hierusalē. Et vt noueris, quia pacis habitator & amator erat, pacemq; imperturbabilē illius stabilis & æternę Hierusalem prę omnibus requirebat, cūm pacē Dei & hominum Iesum qui pacem super pacem dare veniebat, sinu recepit: hęc prima vox de pectore senis iam dudū pacem meditantis erupit, Nunc dimittis seruum tuum Domine secundū verbum tuum in pace. Postquam viderunt oculi mei salutare tuū, qui est pax nostra faciens vtrāq; vnum, non solum Iudęum & Gentilem, sed etiā Deū & hominē, & in homine spiritū & carnē iam hoc solum superest desiderijs serui tui, vt in pace in id ipsum dormiam & requiescam: & pax Dei quę exuperat omnem sensum, me totum in illius summę & simplicis vnitatis absorbeat consensum. Venit pax quam sustinui, requiescat in pace, qui pacē quęsiuit, & quę pacis sunt sectari semper studuit. Sic quippe Esaias ait: Veniat pax requiescat in cubili suo, qui ambulauit in directione sua: In pace vtique Symeon strauerat cubile suum, qui omnibus alijs curis eiectis solum in corde meditabatur Iesum, vbi & reclinauit susceptrum. In directione quoq; sua ambulauerat, qui iustus & timoratus erat, & expectans consolationē Israel, aduentāti quotidie desiderijs occurrebat. In eo igitur quod iustus dicitur & timoratus, iusticiam & iudiciū intellige, quo sedes Dei pręparatur. Et iusticia quidem suo nomine

Psal. 124.

*Christus
pax nostra
faciēs vtra
que vnū.*

Esa. 57.

demonstra-

enotat

DE PVRI BEATÆ MARIE

demonstratur: iudicium verò timoris nomine,
 vel timor nomine iudicij, ideo rectè accipi possè
 putatur, quia scilicet timor nō solum nascitur de
 futuri consideratione iudicij, sed etiā operatur
 nunc in nobis quandam illius formam & execu-
 tionem iudicij. Qui enim prohibemur iudicare
 ante tempus de proximis, iubemur de nobis: vt
 dum nosmetipsos diiudicamus, à Domino non
 iudicemur. Porro timor iste sanctior est, cum ius-
 titiā sequitur, quàm cum præcedit: quia qui præ-
 cedens ad iustitiam initiat, sequens eandem con-
 summat & conseruat: dum scilicet de iustitia præ-
 sumere non sinit, sed omnia opera sua hominem
 vereri facit, vt post iudicium sui adhuc de subti-
 liore iudicio suspectus sit, dicatq; sibi: Qui iudi-
 cat me Dominus est, qui cum acceperit tempus,
 etiam iustitias iudicabit. Qui sine timore isto est,
 non poterit iustificari, vt scriptura testatur: quia
 quantumcunq; se iustis exercitet operibus, alic-
 ni comedunt robur eius, dum suam volens iustitiam
 constituere, iustitiæ Dei non est subiectus.
 Vigilanter itaque euangelium perfectam com-
 mendans Symeonis iustitiam, non ait timoratus
 & iustus, ne timorem qui est initium iustitiæ in-
 telligeremus: sed ait iustus & timoratus, vt timo-
 rem qui iustitiæ per omnes gradus comes indi-
 uiduus ipsam promouet & tuetur, ipsius exem-
 plo disceremus. Nam neq; illud putauerim ocio-
 sum, quod non timentem dixit, sed timoratum:
 non nouum, non horarium, aut perfunctorium
 volens intelligi timorē illum, sed qui vtiq; versus
 esset in

*Timor qd
operetur
in nobis.*

Ecll i. i.

esset in habitum, qui altius hominis imbibisset affectum, possideret sensum, modestia & gravitate sermonē ornaret & vultū, circumspeditione moderaretur actum, totum deniq; interioris & exterioris hominis cōponeret statū. Neq; enim vanis animum consolationibus resoluebat, qui consolationē Israel expectabat. Quod & ipsam ad suæ cumulū adiecerat iustitiæ, vt sollicitus non pro sua tantū, sed etiam pro populi consolatione, longa suspensus maneret expectatione. Deniq; vt manifestius audias quā pręciofo ac vero nitore virtutum non fūco colorum adornauerat thalamū suū illa Sion, id est Symeon, Spiritus sanctus, inquit, erat in eo. Quid huic ornatui Sion illa terrena comparare poterat, in omni illa multifaria thalami, id est, templi sui ambitione & gloria? Si faciē templi coronis ornasset aureis, quid aurum nisi lutum etiam sine comparatione virtutis? Puto quia nec Salomon in omni gloria sua ornatus est sicut Symeon: cū mille sapientiam qua florebat in senectute perdiderit, iste suscepit. Te tamē ō infidelis Sion thalamus tuus arguit, quod cū satis tibi prędictum esset, ecce veniet ad templū suū dominator, quē vos quæritis: adorna thalamum tuū Sion, induere vestimentis gloriæ tuæ ciuitas sancti, tu tamē nihil prorsus ad quotidianum cultū templi in aduentu ipsius addidisti, non vela, nō coronas, non lucernas plures, aut victimas, nō alios Psalmos, aut cantica, omnino inhonoratum, in salutatum remittis, qui te saluare venerat. Ideo vtique tuus

I iste tha-

DE PURI. BEATÆ MARIE

iste thalamus, domus gloriæ tuæ deserta tibi relinquetur, imò nō relinquetur lapis super lapidē qui nō destruat. Tibi enim Domine templum augustius, amplius & perfectius, scilicet Ecclesiam magnam à solis ortu vsq; ad occasum fides ædificabit gentium, & secundum nomen tuum Deus, ita & laus tua in fines terræ, vndè etiā hodie laudes audiuius, gloriā iusti, voces scilicet laudantiū & dicentium, Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui, id est, in communione sancti populi tui. O fratres susceperitis misericordiā Dei & vos, imò abundantius vos, videte ne in vacuum susceperitis, ne gratiam ingratitudine vacuetis. Gaudeat ergo vestra deuotio: quem Symeon hodie portauit in sinu suo, vos omni die glorificate & portate in corpore vestro, Iesum Christū Dominum nostrum, cui honor & gloria in secula seculorum. Amen.

SERMO DE EO dem IIII.

LUCÆ 2.



OST QVAM impleti sunt dies purgationis Mariæ. Scriptura redemptionis nostrę narras mysteria, sic refert quę pro nobis historialiter sunt gesta, vt significet quę moraliter à nobis sunt gerenda. Cū enim hodie beatæ purificationis Mariæ recensetur, manifestè de nostra ipsorum purificatione ad-

tione admonemur. Quem verò tanti nō moueat *Purificatiō*
 auctoritas exempli, cū videamus scilicet, quia *tio Mariæ*
 illa sanctarum sanctissima quæ nihil purgandum *nostræ nos*
 habuit, purgationis tamen legalis implere man- *admonet*
 datū nō renuit? O mater immaculata, mater in- *purificatiōis.*
 tacta, nōne tuę tibi conscia es puritatis? quia sci-
 licet integritatem tuam, nec conceptus, nec par-
 tus violauit, sed sacrauit? Quare ergo tanq̃ mu-
 liebre aliquid in cōcipiendo vel pariēdo sis passa,
 sic mundationis quæ muliebri prouisa est infir-
 mitati quæris remedia? Sic, inquit, decet nos *mat: 5*
 omnem implere iustitiam: vt quæ summæ mater
 electa sum iustitiæ, speculum quoque sim totius
 & exemplar iustitię. Noui ego superbiam filiorū
 Eue, quæ promptior est ad excusandū quā ad *g. 3.*
 expurgandum commissa. Necessarium arbitror,
 vt vitij originis antiquę statim in initijs omnia
 nouæ generatiōis occurrāt exempla. Mater præ- *Mater*
 uaricationis peccauit & excusauit procaciter, ma- *Christi hu-*
 ter redemptionis non peccet, & satisfaciāt humi- *mitate*
 liter: vt filij hominū qui de matre vetustatis tra- *purgare vo-*
 ducunt necessitatem peccandi, de matre saltem *luit, quod*
 nouitatis trahant humilitatem purgandi. O filij *Eua super-*
 hominum tempus purgationis aduenit, quando *biendo dea*
 mater summæ puritatis, de cuius purgatiōe dies *liquit.*
 festus est nobis, pariter & fontem edidit & ex-
 emplum dedit nobis quo debeamus purgari. Sa-
 tius est o fratres, & suauius fonte purgari quā
 igne. Prorsus qui fonte non fuerint modo pur-
 gati, igne habent purgari, si tamē purgari merue-
 rint: quando scilicet iudex ipse quali ignis con- *malac: 3.*

DE PVRI. BEATÆ MARIE

Christus
nunc aqua
est diluēs,
post ignis
consumēs.

Psal. 17.

Isa. 6.

Luce. 12

flans sedebit, confians & emundans argentum,
& purgabit filios Læui. Nunc Christus aqua di-
luens, tunc ignis consumens. Modò fons patens
in ablutionē peccatoris & menstruatur: tūc flama
sæuiēs & ignis vorans vsq; ad medullas ani-
mæ. De ardore siquidē irati foris ille purgatorius
ignis exardescet in conspectu eius, & inflamabit
in circuitu inimicos eius. Ascendit, inquit, fumus
in ira eius, & ignis à facie eius exarsit. Inde cadēt
super eos carbonēs pœnaliter purgatorij, quibus
modò non adhibentur carbonēs salubriter deso-
latorij: qualem illum fuisse reor carbonē sublatū
de altari, qui prophetæ labia purgauit. An verò
& illi carbonēs huiusmodi queāt intelligi, de quibus
cuidā dicitur: Ecce dati sunt tibi carbonēs,
& sedebis super eos, hi erunt tibi in adiutorium:
vobis relinquo dijudicandum. Illud autem non
dubius assero, quia ignis ille quē Dominus Iesus
misit in terram, si vehementer (sicut est voluntas
mittentis) in nobis arserit, ignis ille purgatorius
qui in iudicio purgabit filios Læui, nō ligna, non
fœnum, non stipulā consumenda reperiet in no-
bis. Vterque quidem ignis purgatorius, sed satis
differētī modo. Ille siquidē purificat vnguendo,
ille vrendo. Hic refrigerium roris, ibi spiritus
iudicij & spiritus ardoris, quo abluer Dominus
fordes filiarum Sion, & sanguinem Hierusalem
lauabit de medio eius. Est quidem & in hoc ipso
multa Domini clemētia erga filias Siō, sed longē
clemētius & mitius purificata est illa quam bea-
tam prædicant filie Sion, Cui scilicet dictum est:

Spiritus

Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Hęc nempe superne virtutis obumbratio, vera fuit purificatio Marię, non ista quę quadam mystica dispensatione tantum specietenus hodie celebrata est. Hęc planę fuit tota ac vera sanctificatio matris & filij, sicut & angelus exposuit ei. Ideo, inquit, & quod nascetur ex te sanctum: vocabitur filius Dei. Antea namq; purificanda erat natura mortalis, vt Deum conciperet, non posteaquam concepisset: cum concepisset sanctum sanctorum summa sanctificatio sit, & ea quę mater ipsius sanctitatis effecta sit, nihil sanctius esse possit. Cum ergo filię Sio quę mollius & dissolutius viuūt, & ardorem forsitan experiuntur carnis, meritò purificandę sint spiritu iudicij & spiritu ardoris: virgo perpetua, ac singularis quę sola spiritus obumbratione Deū concepit, solo purificata est spiritu gratię & refrigerio roris. Omnium sanę purgationū quibus conditio reparatur mortalis, hęc beatę purificatio virginis mitissima atq; felicissima fuit: nam illa filiarum Sion quę purgatorio fiet igne iudicij, sicut nouissima, sic & seuerissima omnium erit. Nec ista itaq; potest esse nobis nisi admirationi, nec illa nisi formidini: quippe qui nec ad istā possumus aspirare, & in illam si sapimus semper formidamus incidere. Omnino si sapimus semper clamabimus; plus emendatione morum quam strepitu verborum, Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me. Necesse rię igitur nobis & misericorditer inter vtrumq;

Luce 2.

Psal. 6.

I iij genus

DE PURI. BEATÆ MARIÆ

*Purgatio
nis nostræ
quatuor ge
nera.*

*Mundum
Christus
purificat
quatuor
modis.*

1. Ioan. 5.

genus purgationis illud summum ad quod non attingimus, & illud vltimum quod metuimus, alia purgationum genera pietas prouidit diuina sicut tempus & locum pœnitentiæ, sic plurima salutis indulgens remedia. Quæ licet multa ac varia sint, sub quatuor tamen generibus videtur omnia ferè posse comprehendi, ne scilicet indigesta multitudine rerum memoriam confundamus auditoris. Hæc igitur quatuor esse arbitror quibus oportune & commodè his diebus purgationis nostræ purgari possumus: scilicet contritionem cordis, afflictionem corporis, operam pietatis & fidei, patientiam tribulationis. Ad hunc siquidem modum quatuor inuenies quibus mundum generaliter purificat Christus, purgationem peccatorum faciens: aquam scilicet & sanguinem, spiritum & ignem. Hic est, inquit, Ioannes qui venit per aquam & sanguinem. Hic est qui baptizat in spiritu sancto, & igni. Aqua baptizauit, pedesque discipulorum lauit, dedicans baptismum quoque lachrimarum, quæ de contritione profluunt cordis. Sanguinem fudit: ut & nos mortificatione corporis participantes eius passioni, lauemus stolas nostras in sanguine agni. Spiritum dedit: ut charitas Dei ac proximi diffusa in cordibus nostris per spiritum, multitudinem in nobis operiat peccatorum. Quæ si minus perfecta est, ut tot & tanta non sufficiat operire, admouet ignem conflator ille, qui purgat filios Læui, & quicquid residuum est rubiginis, ignis excoquit, seu præsentis, seu future tribulationis, ut tandem decantare pos-

tare possint, Transiimus per ignem & aquam, *Psal. 65.*

& eduxisti nos in refrigeriū. Sic nempe & mundus iste prius baptizatus aqua diluuij, postea purgatus igne iudicij, in nouū trāsibit statū incorruptionis. Deniq; vt teneris atq; delicatis geramus aliquatenus morem, si lachrymas non habent, si labores horrent, si nesciunt ferre tribulationem, nunquid & illud excusabūt quod Salomon com

Proue. 15.

mendat, per misericordiam inquiring, & fidem purgantur peccata. Quid misericordia suauius? quid fide iucundius? Hæc oleum est membris, illa lumen oculis. Hæc vngit affectus, illa sensus illuminat dirigitq; gressus, vt ad lumen eius ambules in tenebris, vt inuisibilia contempleris, & futuram tuam beatitudinē iam animo præsumptam mediteris. Bene autem dicitur, per misericordiam & fidem purgari peccata: quia misericordia de proprio impendens, redimit debita, fides autē etiam gratis sine operibus indulgentiam impetrat. De misericordia nēpe dicit propheta,

Danie. 4.

Iniquitates tuas redime misericordijs pauperū, & Dominus prophetarum, Date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis. De fide autem ait Apostolus: Fide mundans corda eorum. Et Dominus Apostolorum: Vade, inquit, fides tua, te saluū fecit. Quanquā in hac Salomonis sentētia,

Act. 15.

possit intelligi non fides qua credimus, sed qua credibiles nos exhibemus, dum fidē Deo & hominibus seruamus: vt quod hic dicitur, Per misericordiā & fidē purgantur peccata. & paulō post, Misericordia & veritate redimitur iniquitas, eadē

I iij sit in

DE PVRI. BEATÆ MARIE

fit in diuersitate verborum repetita sentētia. Re-
 cte igitur misericordia & veritas seu fides sociata
 sunt : cū in omnibus vjs nostris nisi misericor-
 dia & veritas obuiēt sibi, plus augeri quā pur-
 gari peccata sit verendum. Vt enim de alijs actio-
 nibus interim taceā, & de misericordijs pauperū
 loquar, quas abundātius nunc fieri temporis hu-
 ius postulat necessitas, quid in ipsis etiā quibus
 peccata purganda sunt peccati cōmittitur, si mi-
 sericordia fide, vel fides misericordia destitua-
 tur? Audiant ergo quibus dispēsatio credita est,
 audiāt quib⁹ credita nō est : isti scilicet ne sic ve-
 lint esse fideles, vt misericordiā deserāt illi, ne sic
 velint esse misericordes, vt fidē lādāt. Sunt enim
aliqui qui plus volūt esse fideles quā oporteat,
& sunt aliqui qui plus volunt esse misericordes
quā eis liceat. Qui ergo cōtra fidē indebitā fur-
 pant misericordiam, audiāt Salomonē dicentē:

Pro. 20. Multi homines misericordes vocantur, fidelem
 autem virū quis inueniet? Qui autem velut pro-
 pter fidem negligūt debitam misericordiam, au-
 diant plus quā Salomonem dicentem : Quod
 superest date eleemosynam: vt saltem abundātia
 vestra aliorum suppleat inopiam. Multum pro-
 fus pēpercit infirmæ & pusillæ nostræ fidei: qui
 bona communia non ex equo fratribus partiri,
 sed ex eo quod superest proprię necessitati, iussit
 eleemosynam eis impertiri. Vt enim taceamus
 de iure naturæ, quæ quicquid parēs omniū terra
 generat omnibus cōmune terrigenis adiudicat:
 illis saltem quibus indifferens est germanitas ad
 optionis,

optionis, & communis sorshæreditatis, quomodo communis non erit vñus panis quẽ pater administrat cœlestis? Esto tamen, sit istud ius ordinatæ charitatis quod moderatio Euangelij suas cuique necessitates primũ excepit: quis ille est qui rectè metiatur necessitates proprias, qui inter necessariũ & superfluũ æquo iudicio discernat? Attendamus nobis fratres ne de mortibus pauperum fratrum nostrorum incipiamus iudicari, si superfluè retinemus aut insumimus nobis vñdẽ vita eorũ valeat sustentari. Et quoniã hodierna purificatio purissimæ ac pauperrimæ virginis, de nostra nos purificatione loqui cõmonuit, in hoc maximè nostrã constare puritatẽ nouerimus, si quicquid superfluum est nobis amputemus: vt nõ solũ sanctitate castitatis, sed etiã simplicitate paupertatis aliquatenus emulemur pauperẽ matrẽ pauperis Christi, cui regnũ & imperiũ, & nunc & per omnia secula seculorum. Amen.

SERMO DE EO

dem

V.

*Tractatus de Virgine Maria
ut in seipsum dicitur*



DORNA thalamum tuũ Sion,
& suscipe regem Christum: quem
virgo cõcepit, virgo peperit, vir-
go post partum quẽ genuit ado-
rauit. Ad nos fratres, ad nos lo-
quitur spiritus sanct⁹, qui sumus

Sion, qui sumus speculantes, qui die ac nocte le-

I v uamus

*z ffala-
maz uny*

DE PVRI. BEATÆ MARIE

namus oculos nostros ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri. Adornemus igitur thalamū nostrum, & suscipiamus regē Christum. Ecce fratres Christus in propria veniens, & à suis repulsus, non habet vbi caput reclinet. Prę forib⁹ nostris inter materna brachia vagiēs, per spiritum sanctum quærit hospitium, dicens: Adorna thalamū tuum Siō. Emundemus igitur thalamum nostrum, prius expellendo quę oculos Christi intrando offendere possunt, & sic demum adornemus ea inferendo quibus delectatur & gaudet. Quę sunt (ait forsitan aliquis vestrū) quę oculos Christi offendere possunt? Cui dicimus: Nihil ita oculos eius offendit, sicut superbia, quę angelum de cœlo, & hominē expulit de paradiso: quę est initium omnis peccati: quam hortatur nos spiritus sanctus vitare dicens: Quid superbis terra & cinis? Et alibi: Omnis caro fœnum, exiccatum est fœnum, & flos eius decidit. Videamus nunc quid superbia fecit. Angelū de cœlo, & hominem expulit de paradiso. Merito hæc oculos Christi offendit, quę pulcherrimum opus eius in cœlo & in paradiso fœdauit, quę fecit de angelo diabolum, & de homine nuper creato iusto, perfidum. Quę sicut & peccatorum primum & maximum, sic est omnium regina & mater vitiorum. Videndum est igitur & sollicitę considerandū, vt eam mēs nostra cum tota prole sua excludat, vt thalamus noster emundatus & ornatus Christum regem qui *foris pulsāt, suscipiat. Cum tota, inquam, prole sua, septem scilicet principa-

Ecc̃i. 10.

Esa. 40.

*Superbia
malum.*

**foris*

principa-

principalibus vitijs. Quæ sunt hæc? Inanis gloria, inuidia, ira, tristitia, avaritia, ventris ingluvies, luxuria. Hæc sunt filiæ superbiæ, quæ matræ suam sequuntur: quæ hospitium quodcunq; intraverint, foetidum reddunt. Sed quæ nobis cum istis cōmunio? Quis consensus templo Dei cum idōlis? Nulla nobis (Deo agimus gratias) cum eis societas, quas exuentes veterem hominem cum actibus suis, gladio veræ confessiōis & pœnitentiæ enecauimus. Nihil igitur in nobis ultra possit superbia, quæ de archangelo diabolū, & de primo homine fecit impium, & creatori suo rebellem. Nihil habeat in nobis vana gloria, qui à die conuersionis nostræ, in cruce Domini nostri Iesu Christi cœpimus gloriari cum Apostolo dicētes: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Gloria itaq; nostra sit crux Christi quam portamus, & testimoniū conscientiæ per crucē Christi purgatæ. De qua Apostolus ait: Gloria nostra hæc est testimoniū conscientiæ nostræ. In qua consciētia gloriari de donis Dei, est Deo gratias agere. Ad quod nos hortatur Apostolus dicēs: Qui gloriatur, in Domino gloriatur: id est in Domino de puritate conscientiæ suæ gloriatur. Non enim qui seipsum commendat, &c. Cæterum qui in se gloriatur, & qui sibi placet, stulto homini placet. Qui in alio homine gloriatur, aut laudem in mente ab ore alterius expectat, mercedem operū recipit, ac oleo peccatoris vngit caput suū, auditq; prophetam sibi dicen-

Gal. 6.

2. Cor. 1.

1. Cor. 2

DE PURI. BEATÆ MARIE

Hiere. 17. sibi dicentem: Maledictus homo, qui ponit spem suam in homine. Et in die iudicij cum dixerint, Domine Domine aperi nobis, ait: Amē dico vobis, nescio vos. Hęc vana gloria filia est superbię:

**Inuidia pe-
stū.** quę in quocunq; fuerit, inobediētē facit. Rursum post conuersionem, nihil vltra in nobis habeat inuidia, per quam mors intrauit in orbem terrarum. Diabolus enim inuidet homini ascensum vnde corruerat, & propter hoc tētauit, & in anima occidit. Hęc est illa quę non magnos, sed

Iob 5. paruos semper torquet, dicente sancto Iob: Paruulum occidit inuidia. In eo enim quod aliquis alicui inuidet, minorē se ostendit ei cui inuidet. Sic diabolus inuidit primo homini, sic Esau Iacob, & Cain Abel. Hęc inuidia paruulū occidit, quia nisi inferior esset, de bono alterius non doleret. Hac peste nullus moritur, nisi qui terrena hęc appetit, quę tota nō veniunt pluribus. Vnde si qua desiderat, illi inuidet qui penitus ea accepit, vel illi partem habendo quantitatē ei restringit. Hunc paruulū occidit inuidia, quia dum nō potest adipisci quod alij inuidet, in odiū (inuidia filiam) cadit. Rursum fratres, post conuersionem nostram ira non habeat in nobis locum, quia, vt ait Dominus in Euangelio, gradatim ducit ad gehennę

Matth. 5. puteum, dicens: Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui dixerit racha, hoc est vocē indignationis per irā emisit, reus erit consilio, in quo tractatur qua pœna sit mulctandus. Qui dixerit fatue, hoc est tale quid fecerit aut verbo aut verbere, vt inter fratres despiciatur, reus erit gehennę

gehennę ignis, nisi resipuerit. Hęc est ira quę stultorum oculos extinguit, sapientium oculos nunquam turbat, dicente Psalmista: Turbatus est pre ira oculus meus. Et de ira stulti Iob ait: Virum stultum interficit iracundia. Ecce duas iras videmus, quarum altera nonnunquam turbat oculum, altera semper extinguit. Altera venit ex impatientia, altera ex zelo rectitudinis. Altera venit ex vitio, altera ex virtute. De altera quę venit ex virtute Psalmista ait: Irascimini, & nolite peccare. Quasi dicat: Crudeles estote in vitium, mites in fratrem, considerantes vosmetipsos, ne & vos tentemini. De altera quę venit ex vitio, ait apostolus: Sol non occidat super iracundiam vestram, id est Christus qui est sol iustitię, mentem vestram irascentem non deferat, qui cum ira nunquam habitat. Ira quę venit ex zelo rectitudinis, debemus irasci prius nostris erratibus & post erratibus proximorum, quę melior est risu, quia per tristitiam vultus, corrigitur proximus. Quę debet tamen subesse rationi, ne sit immoderata, sed in ultione peccati tempus & modum consideret. Hęc sapientes interdum turbat. Ira per vitium stultos occidit, dum in rixas & in contumeliarum linguam relaxat. Rursum fratres post conversionem nostram muniendus est thalamus cordis nostri, ne tristitia rediens introeat, illam dico quę mortem operatur, quę de amissione rerum temporalium venit. Hęc est illa quę prauas cogitationes generat, murmurosum monachum reddit, quę fastidium parit, & tenentem aratrum Dei cum uxore

Loth

DE PVRI. BEATÆ MARIE

Loth retro respicere compellit. Sine dolore namque non potest amittere, quod cum inordinato amore possedit. Hanc itaque tristitiam quæ mortē operatur excludamus, & intromittamus eam quæ venit de memoria peccatorum, & de peregrinatione nostra, dicamusc; cum Psalmista: Hei mihi quia incolatus meus prolongatus est, habitavi cum habitantibus Cedar, multū incola fuit anima mea. Hæc est tristitia quæ vitam operatur, de qua ait Apostolus: Quasi tristes, semper autem gaudentes. Hæc est illa de qua Dominus ad discipulos dicit: Tristitia vestra vertetur in gaudiū. Altera parit mortem, parit animi rancorē. Rursum fratres post conuersionem muniamus thalamum nostrū, ne avaritia quæ est radix omnium malorum, rediens introeat, nosque ab vnius Dei cultura abstrahat, idolorum cultores faciat. De qua inter cætera sic ait Apostolus ad discipulos suos: Mortificate membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiā, libidinem, concupiscentiam malam, & avaritiā, quæ est idolorum seruitus. Ecce avaritiam idololatriæ comparat: & meritò: quia sicut vni Deo idololatria nititur auferre gloriam, ne solus habeat nomen deitatis: ita avarus in Dei res se extendit, vt solus vsurpet quæ Deus omnipotens in vsum plurimorum fecit. Vtraque Deo inimica, quia negat Deo, quæ sunt eius. Est & avaritia nō solū amor congregandæ pecunię aut conseruandę, sed ambitio prelationis, cum nititur homo homini preesse. Hæc, vt verum dicam, etiam pauperes (qui semel pro

semel pro Christo reliquerūt sua) intantū vexat,
vt contra ius & fas, & propositum suum, nō tan-
tum velint, sed etiam studeant fratribus & con-
seruis præesse. Quod si Abbas aut Prior eorum
voto non consenserit, irascuntur, obloquuntur,
eosque aut inuidos, aut sibi maleuolos (qui se nō
prouehunt) clamant. Hæc est auaritia quæ me-
moriam mandatorum Dei turbat, dicente Psal. *Psal. 118.*
Inclina cor meum in testimonia
tua, & non in auaritiam, quæ proditiōis est ma-
ter, quæ Iudam Dei discipulum primum ad man-
datorum Dei obliuionem, de obliuione ad pro-
ditiōem, de proditiōe traxit ad laqueum. Rur-
sum fratres post conuersionem nostram munia-
mus thalamum cordis, ne gula rediens introeat,
quæ & Adam innocentiae veste, & Esau priuauit
primogeniti dignitate. Hæc est illa pestis quæ pa-
tres nostros in deserto ingratos beneficijs Dei fe-
cit, quæ compulit eos murmurare contra Deum,
& dicere: Vtinam mortui essemus in Aegypto, *Num. 14.*
quando sedebamus super ollas carniū, & co-
medebamus allia, coepe, & pepones. Hæc est illa
funesta pestis quæ eos ad blasphemiam duxit, quasi
non esset alia vita post istam, cum dicebant: Co- *Esa. 22.*
medamus & bibamus, cras enim moriemur, id
est in futuro. Quasi dicerent: Hoc solū habemus
quod comedimus, nihil in futuro post hanc vitam
nos habituros speramus. Hanc pestem cum ho-
mine perituram pronunciat Apostolus dicens:
Esca ventri, & venter escis, Deus autem & hunc *1. Cor. 6.*
& hanc destruet. Hæc pestis tripartita est: quia aut
ante ho-

DE PVRI. BEATE MARIA

ante horam canonicam aut aliud quàm licet, aut plus quàm necesse est facit comedere: & carnis curam in concupiscentijs nititur facere. De qua nascitur inepta lætitia: sicut de populo Israel dicitur: Sedit populus manducare & bibere, & surrexerūt ludere. Rursus fratres post conuersionem nostram muniamus thalamū cordis nostri, ne luxuria rediens introitum inueniat: quæ pestilētia rediens est peior quàm antē fuerat. Nunquam enim sola redit, sed sicut Dominus ait in *Matth. 12* Euangelio, Assumit septē spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi: & sunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Hæc est pestis illa quæ corpus Christi dimēbrat, quæ de membris Christi facit membra diaboli. Nam qui adhæret alicui personæ causa libidinis explendæ, vnum corpus fit cum illa persona, & fit membrū diaboli: cuius & illa membrum est per coniunctionē malorum operum. Hæc est illa pestis quæ ignē infernalem in corpus humanum accendit, vt vegetum sit & robustum ad libidinem explendam: & quæ igni illi inextinguibili materiam semper apponit, & vires ministrat, vt de suo semper habeat vnde sine fine ardeat. De his duobus signibus luxuriæ & gehennæ habemus auctoritatem scripturæ. De igne luxuriæ ait: Omnes adulterantes quasi clibanus succensus à coquente. De igne gehennæ ait: *Psal. 10.* Pones eos vt clibanū ignis in tempore vultus tui, hoc est iudicii, vt intus ardeāt (sicut clibanus accensus) in conscientia: Dominus in ira sua conturbabit eos, dicens: *Lucæ 13.* Disceditis à me operarij iniquitatis.

quitatis. Et deuorabit eos ignis extremus infernalis, quem accenderūt per luxurię fœda opera. Sit ergo fratres, summa cura & summū studium his qui in talibus sunt, de talibus euadere & fugere. Nobis verò qui per gratiam Dei euasimus, & veterem exuimus hominem, qui sumus Sion, sit summum studium thalamū nostrum munire & adornare, & Christum regem suscipere, sicut hæc scriptura præcipit quā recitauimus, Adorna thalamum tuum Sion. Quid est adornare thalamum tuum? Virtutes congregare, quibus & pauimentum, & parietes quasi cortinis & floribus tota domus adornetur. ¶ Primus ornatus thalami nostri qui sumus Sion sit timor, qui est initiū sapiētīæ, id est, primus gradus per quē ascēditur ad sapiētīā. De quo timore ait scriptura: Beat⁹ *Proue. 28.* homo qui semper est pavidus. Et Psalmista ait: Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tre *Psalm. 2.* more: vt timor auferat securitatem noxiam, & exultatio mortiferā tristitiam. Hic timor generat humilitatem, quæ est preciosissimus ornatus thalami Sion, quæ magis placuit Christo cū in thalamum virgineum ingrederetur, dicēte beata *Luce 1.* Maria: Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicēt omnes generationes. Hęc, inquā, humilitas est ornatus Sion, id est pauperū Christi, de quibus ipse dicit: Beati *Matth. 5.* pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorū. Ecce quomodo timor Domini primus gradus ascensionis, & primus ornatus thalami Sion, alios etiam ornatus generat, humilitatem.

K scilicet,

DE PURI. BEATÆ MARIE

scilicet, & voluntariam paupertatē. Adorna ergo
 thalamum tuum Sion, timore Domini. ¶ Secun-
 dus ornatus thalami Sion, & secundus gradus ad
 sapientiam, est pietas: de qua dicit scriptura: Mi-
 serere animę tuę placēs Deo. Et alibi, Super quē
 requiescet spiritus meus, nisi super humilem &
 quietum? Hęc miseretur in se peccantibus, fra-
 terna onera portat, magis eligit quęlibet tempo-
 ralia bona perdere, quā cum fratre lite contē-
 dere. Quę profectō pietas aliud nihil est nisi Deū
 colere, & per cultū Dei Deo placere. Hęc in no-
 bis generat mansuetudinem, optimum ornatum
 thalami Sion, quę filios Dei nos facit, dicēte Do-
 mino: Beati mites, quoniā filij Dei vocabuntur.
 Ecce quomodo pietas secundus ornatus thalami
 Sion, & secundus gradus ascensionis, alium or-
 natum de se generat mansuetudinem, quæ filios
 Dei efficit. Adorna igitur thalamum tuum Sion,
 pietate. ¶ Tertius ornatus thalami Siō & tertius
 gradus ascensiois est scientia, quę homini sui cog-
 nitionem præbet, vt scilicet homo neque minus
 neque plus quā debet de se præsumat. Quorū
 alterū, scilicet de se nimium præsumere, in mala
 facit præcipitem: alterum, scilicet se non cogno-
 scere, facit ad quęlibet bona opera torpentē. Ad
 hanc scientiam spiritus sanctus inuitat Ecclesiam
 in canticis: Si ignoraste ō pulchra inter mulieres
 abi post vestigia gregum tuorum, scilicet hære-
 ticorum: & pascce hœdos tuos, hoc est carnales
 concupiscentias. Hęc scientia præbet nobis fidu-
 ciam vincendi omnes tentationes per verā fidem
 dicente

Ecclesi. 30.
Esa. 66.

Matth. 5.

Cant. 1.

dicente Domino in Euangelio: Si potes credere, *Mar. 9.*
omnia possibilia sunt credeti, per Dei scilicet gratiam, & liberum arbitrium. Videmus iam quomodo scientia tertius ornatus thalami Sion, & tertius gradus ascensionis, alium ornatu in nobis generat, religiosum videlicet luctum, qui consolatione à Domino in futuro meretur. Hæc scientia parat in nobis dolorem & luctum peregrinationis, ut videndo mala exilij quæ patimur, cum luctu desideremus patriam à qua peregrinamur, audiamusq; à Domino nobis dici: Beati qui lugent, quonia ipsi consolabuntur. *Matth. 5.*
¶ Quartus ornatus thalami Sion est fortitudo, quæ convenit laborantibus pro veris bonis acquirendis. Hæc est quæ munit thalamum Sion ut non extollatur prosperis, non frangatur aduersis: quæ linguam increpantem & blandientem his verbis confundit, dicens: Domine libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua dolosa. Hæc est illa quæ semper de die in diem robustior, esuriem & sitim iustitiæ in thalamo Sion accendit, facitq; eam audire à Domino: Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quonia ipsi saturabuntur. *Matth. 5.*
Adorna igitur thalamum suum Sion, fortitudine. ¶ Quintus ornatus thalami Sion est consilium, quo homo infirmitates suas requirit, suum posse & suum non posse inuestigat, & ex sua infirmitate alios considerat, alijs parcat & miseretur, sicut & vult Deum sibi misereri: alijs dimittit debita, sicut sibi vult dimitti à Deo: mereturque audire à Domino: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam *Ibidem.*
K ij conse-

DE PVRI. BEATÆ MARIE

consequentur. Adorna igitur thalamum tuum
 Sion, consilio. ¶ Sextus ornatus thalami Sion est
 intellectus : qui mentem hominis super hæc infima
 rapit, omnesque corporeas substantias intellectu-
 ali intuitu transiens, non corporijs substantijs
 figitur, volensque ultra progredi, & propius ac-
 cedere audit à Domino : Ne appropinques huc :
 non enim videbit me homo, & viuet. Hic intel-
 lectus conuenit ijs, qui à Deo purgatum oculum
 habent, de quibus dicitur : Beati mundo corde,
 quoniam ipsi Deum videbunt. Adorna igitur tha-
 lamum tuum Sion, intellectu. ¶ Septimus orna-
 tus thalami Sion est sapientia, quæ conuenit ijs
 qui intellectualibus oculis æterna contemplan-
 tur, quorum conuersatio in cælis est, qui cupiunt
 dissolui, & esse cum Christo : in quorum persona
 dicebat apostolus : Mihi viuere Christus, & est
 mori lucrum. Quasi diceret : Vt Christum magni-
 ficem, Christo viuere volo tantum, & Christus est
 premium mortis meæ. Et post pauca : Coarctor
 autem è duobus, desiderium habens dissolui &
 esse cum Christo, multò melius : manere autè in
 carne necessarium propter vos. Ecce quid facit
 vera sapientia, quæ omnes rebelles motus cor-
 poris ita subiugat, vt nullà ultra pugnam in carne
 sentiat : pro infirmis fratribus (vt eis Christum nunciet)
 exilium libenter patitur, probra non audit,
 damna non sentit, auferenti tunicam dimittit &
 pallium, percutienti ad vnam maxillam præbet &
 alteram, auditque à Domino : Beati pacifici, quoniam
 filij Dei vocabuntur. Hi ornatus thalami
 Sion,

Exo. 33.

Matth. 5.

Ibidem.

Sion, istis nos adornemus qui sumus Sion, & regem Christum suscipiamus, quem virgo cōcepit, virgo peperit, virgo post partum quadragesima, hoc est hodierna die, in templo Dei presentauit.

¶ In lege nanque scriptū erat, vt mulier quę suscepto semine peperisset masculum, quadragesimo die purgata templum cum filio intraret, deferens hostias secum pro peccato agnū anniculū immaculatum. Si autem non haberet agnū, par turturum siue duos pullos columbæ offerret. Hæc omnia beata virgo nō ex necessitate, sed ex humilitate impleuit. Abstinit ab introitu templi quadraginta diebus, non necesse habens purgari, quæ sine omni delectatione, saluo virginitatis sigillo, de spiritu sancto cōcepit. Obtulit hostiam nō pro peccato, sicut aliæ mulieres, sed pro humilitate: ostendens etiā in hoc quod filius Dei Iesus Christus nō soluere venerat legem, sed ad implere. Et ecce Simeon grandæuus qui acceperat responsum non visurum se mortem nisi videret Christū Domini, & cum susciperet quem expectabat: accepit eum in vlnas suas, hoc est inter brachia sua amplexatus est: illum qui appendit tribus digitis molē terræ, qui omnia implet, omnia complectitur, inter brachia portat, dicēs: Nunc dimittis Domine seruum tuum, secundū *Lucæ 2.* verbum tuum in pace. Cupio dissolui, & eius aduentum cum patriarchis & prophetis in inferno expectare, qui inter te & humanū genus facturus est pacem. Quia viderunt oculi mei salutare tuum, filium tuum, quem desideravi, de quo re-

K iij sponsum

DE PVRL BEATÆ MARIÆ

sponsum à spiritu sancto accepi. Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel. De quo ait Elaias: Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnā: quia cū plenitudo gentium intrauerit, tūc omnis Israel saluus fiet. Audite fratres, audite quid offert Maria, quid Simeon suscipit. Vnigenitum Dei, Deo patri consubstantialē, & cōæternū, verbum in principio. Et vt vtilitatē & consolationem nostram audiāmus, illum offert virgo, quem Deus Abraham promisit dicēs: In semine tuo, hoc est in Christo, benedicentur omnes gentes. Et quē Dauid promisit dicens: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Hic est quem virgo offert Patriarcharum gaudium, desiderium prophetarū, gentium expectatio, Iudæorū qui eum receperunt saluatio, ruinæ angelorū reparatio. Talis est quē virgo offert Deo, imò multò maior quā lingua, aut hominū, aut angelorū possit dicere. Et cū sit tantus ac talis, qualem aut quantum ipse se nouit, nō sufficit virgini ipsum solum offerre: sed hostiam, quam lex præceperat, pro eo obtulit: ob humilitatis scilicet exemplum, vt nos doceret quomodo & nos eum debeamus offerre. Duos turtures, aut duos pullos columbæ pro eo obtulit. Colūba fratres, simplex est animal, felle caret, rostro non lædit, in cauernis petrarū nidificat, alienos pullos nutrit, iuxta fluēta manet vt visa vmbra accipitris fugiat, meliora grana eligit, gemitū pro cantu reddit, gregatim volat, alis se defendit, visum recuperat. Et nos fratres, cū
ante

Esa. 9.
Rom. 11.

Gen. 22.

Psal. 131.

*Columbæ
proprietates.*

ante altare steterimus, vt Dei filium Deo offeramus, cum eo & pro eo par turturum, castitatem corporis & animę offeramus. Et duos pullos columbarũ, pro cantu gementes, compunctionem geminã, pro desiderio patrię cœlestis, & de consideratione nostrę miserię habentes. Columba felle caret: & nos ira careamus, quę peccare nos facit. Rostro non lædamus: sed percussi in vnam maxillam, aliam præbeamus. In cauernis petrarum nidificemus: in fide plagarum Christi refugium habeamus. Alienos pullos nutriamus: de filiis diaboli facientes verbo prædicationis filios Dei. Iuxta flumina maneamus: id est iuxta hunc mortalitatis fluxũ sedentes, vmbra accipitris, hoc est peccata quę sunt vmbra diaboli, malorũ ruinas considerantes, ab eius vngulis fugiamus. Meliora grana eligamus: id est meliores sententias in scripturis sanctis. Gregatim volumus: vnũ consensum in bono in congregatiõe sub pastore habentes. Alis noui & veteris testamenti contra inimicos Dei nos defendamus: vel duobus præceptis charitatis, Dei videlicet amore & pximi. Visum recuperemus, de bono actiõis ad bonum semper intendentes contẽplationis. Fratres charissimi, tales oportet nos esse cũ corpus Christi consecramus, cũ consecratũ manducantes sacrificamus, cũ vobis idem corpus in salutem corporis & animę porrigimus. Tales etiam vos oportet esse, cũ sacrum Sacramentum de manibus nostris accipitis, scientes quòd qui corpus Christi indignè accipit, & sanguinẽ eius indignè

*Attendite
ô sacerdos
tes Chris
sti.*

1. Cor. II.

K iij bibit,

DE PVRI. BEATÆ MARIE

bibit, iudiciū sibi manducat & bibit. Verū quia rarò inuenitur talis qui in se hæc omnia habeat, diligit illum qui bonum habet quod in se nō habet: & in illo habet quod in se non videt. Neque enim credere debemus quòd soli sacerdoti supradictæ virtutes sint necessariae, quasi solus consecret & sacrificet corpus Christi. Non solus sacrificat, nō solus consecrat, sed totus conuentus fidelium qui astat, cum illo consecrat, cum illo sacrificat. Nec solus lignifaber facit domū, sed alius virgas, alius ligna, alius traves, &c. cōportat. Debent itaque altantes habere de suo, sicut & sacerdos, fidem firmam, orationem puram, deuotionem piā. Sciendūq; quòd sine firma fide nemo altantium esse debet. Cæteras verò virtutes, quas suprà diximus, & si omnes non habent, diligant illum qui habet quod in se non inueniunt, & in illo habet quod in se nondū videt. Sicut Petrus in Ioanne virginitatis habet meritū: sic Ioannes in Petro martyrij habet præmiū. ¶ Sciendum quoque, quòd corpori Christi quē Maria hodie præsentauit in templo, quē Simeon in vlnis suis suscepit, tria debemus: dignitatem, reuerentiā, & fructum. Dignitatem: vt eum Dei filiū, Deū de Deo, omnipotentem, creatorem omniū, iudicem viuorum & mortuorum credamus. Dignitatem: vt credamus nos statim postquā de corpore exierimus, ab eo sicut à iudice percepturos sicut gessimus, siue bonum siue malum. Ille namque quem Maria in templo præsentauit, quē Simeon suscepit, quē in manibus consecrātes ante Deum

*Tria Christi
corpori
debemus.*

Deum leuamus, benedicimus, manducamus, vobis porrigimus manducandū: ille familiaris noster, iudex erit noster. Caueamus ergo ab eo separari per iudicium post mortem, cui ita sumus familiares in vita. Dicamus itaq; ei in corde cū eum tractamus, dicamus cū eum cōsecramus: Domine ad te veniemus post mortē, ante tuum tribunal iudicandi astabimus. Qui nobis ita familiaris esse dignaris in vita, quod à nobis tractaris, consecraris, manducaris: noli nobis alienus esse in morte, sed parce nobis in die mala. Confundatur demones qui nos tūc persequētur, destrue fortitudinē illorū in virtute tua: quia nō est qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus & familiaris noster. Hęc est dignitas quā ei debemus. Debemus ei & reuerentiā: inuestigare scilicet nosmet ipsos: & si inuenimus cor pollutū fœdis cogitationibus aut mala volūtate, ab eius cōtactu vt ab igne & nos & alios arceamus. Ignis enim consumens est, ad quē indignus nō debet accedere, ne interius cōsumatur, & in reprobū sensum tradatur. Exeat ergo extra castra, sicut Moyses precepit, qui nocturno pollut⁹ est somno, hoc est qui per negligentia istius obscuræ vitæ (quæ tota vt somnus pertrāsīt) peruenit vsq; ad pollutas cogitationes. Exeat extra castra, hoc est dū in illo statu est, iudicet se indignū societate fidelīū cōicantiū hoc sacro corpore, lauetq; vestimēta sua per sanctam confessionē: & post solis occasum, hoc est post tentationis calorē & ardorē iam mortuum, lætus redeat, & cum alijs fidelibus cōiect. Hęc

K v est re-

DE PVRI. BEATÆ MARIE

1. Cor. 10.

est reuerentia quā debemus corpori Christi, quē
virgo Maria hodierna die in templo præsentaui-
quem Simeon lætus inter brachia suscepit. De-
bemus etiā fructū scire, intelligere scilicet quem
fructū accipimus si eum dignè comedimus. Au-
dite fratres nō me, sed Apostolū dicentem: Calix
benedictionis cui benedicimus, nōne commu-
nicatio sanguinis Christi est? Calix, id est cōmu-
nicatio calicis, facit nos habere quandā commu-
nionē cum Christo. Et panis quem frangimus,
nōne participatio corporis est Domini? Ac si di-
cat, panis quē frangimus, facit nos vnum corpus
sub Christo capite: quoniam sicut vnus panis ex
multis granis conficitur, qui postea in corpus
Christi & per fidē & per sc̄tā verba, quē Christus
suos docuit, cōuertitur: sic diuersi participantes
hoc corpore in vnitāte fidei, spei, & charitatis,
vnū corpus cum Christo sunt, ad Christū statim
post mortem venturi, & cum Christo sicut cum
capite suo sine fine regnaturi: quē virgo cōcepit,
virgo peperit, virgo in templo hodierna die præs-
entauit, Qui cum patre & spiritu sancto viuit &
regnat Deus, per omnia secula seculorū. Amen.

*conciō bona
pro spirituali purificatione
Luca 2.* **SERMO DE EO**
dem **VI.**

POSTQVAM impleti sunt dies purga-
tionis: tulerūt Iesum in Hierusalē. O quā
fœlix est, de quo dici potest: Impleti sunt
dies

dies purgationis eius: vt iam nihil aliud ei super-
 sit, nisi vt ferat eum in Hierusalem supernam: &
 sistat eum Domino. Talis nimirum erat Simeon
 ille noster senex, tam desiderabilis, quàm plenus
 desiderijs, cui⁹ cum iam olim, vt arbitror, essent
 impleti dies purgatiōis, hodie impleti sunt etiam
 dies expectationis, vt iam secundum verbū Do-
 mini nihil aliud ei restaret postquā vidisset Chri-
 stum Domini, Christum pacem Dei & hominū,
 nisi vt dimitteretur in pace, & dormiret in pace
 in idipsum: hoc est, vt ferrent eum in Hierusalem
 pacis æternæ, & sisterent eum ad contemplandā
 pacem, quæ exuperat omnē sensum. O Simeon
 vir desideriorū, impletū est in bonis desiderium
 tuum. O beate senex, renouata est vt aquilæ iu-
 uentus tua. Introisti iam ad altare Dei illud su-
 pernum, æternum, totum aureum, ad Deum qui
 lætificat iuuentutē tuam æterna visione sui, cuius
 lætificauit senectutem hodierna visione Christi
 sui. Ad altare illud inuisibile iam ipse presentatus
 es patri: cui ad altare hoc visibile filiū hodie pre-
 sentasti. Ibi filiū ipsum quem hodie tuo sinu ge-
 stasti, æterno iam & indissolubili tibi conseris am-
 plexu. Repletū est igitur in bonis beati senis de-
 sideriū, cuius tota erat expectatio & desiderium,
 expectatio gentiū & desideratus earū. Renouata
 est vt aquilæ iuuentus eius, quoniā in senectute
 bona impleti sunt dies purgatiōis eius. Alioquin
 nequaquā illius capax nouitatis esse posset: nisi
 sedulō verustatē his diebus expurgasset. Fratres
 expurgate vetus fermentū, dum tempus habetis
 ad expur-

DE PVRI. BEATÆ MARIE

ad expurgandū: vt cū impleti fuerint dies vestræ purgatiōis, inueniamini & vos capaces illius gaudij quo plena est iam aīa Simeonis. Et quidē dies qui ad purgandum nobis dati sunt, velimus nolimus implemus: sed vā nobis si dies impletur, & purgatio minimē impletur: vt postea necesse sit illo nos igne repurgari, quo nihil pœnalius, nihil acrius, aut vehementius in hac vita excogitari potest. Sed quis ille tam perfectus, tam sanctus, qui cū hinc exierit, nihil illi debeat igni, qui sic ad purū omnem in se scoriā excoxerit peccati, vt gloriari possit castum se habere cor, vt dicere possit, mundum est cor meum, purus sum à peccato? Pauci quidem sunt electi, sed inter illos paucos paucissimi sunt (vt arbitror) ita perfecti, vt purgationē illam impleuerint, de qua Sapiens dicit: De negligētia purgate cum paucis. Omnis si de negligētia nos purgaremus, de paucis essemus. Nunc autem quoniam nō modō minima, sed & maxima negligimus, longē à paucis de terra diuisi sumus, & de nobis dicit ille qui paucitatem sanctorū, multitudini præfert negligentiū, inter multos erat mecū. Et quid hodie tam proprium simul & commune his quos religionis fouet vmbra, sicut negligētia? Vt de me ipso loquar, quotiēs deridet hostes sabbata mea? Quotiēs dormitat anima mea præ tēdio, diemq; ferēt totum ac si tempus reuocabile esset, inertia confuso? Et vtinā sic dormitaret aīa mea, vt apertis & vigilantibus oculis, ipse mihi miser non fingere somnia vana & illusoria. At nunc in peruersum mu-

*Ecclesi. 7.
Negligētia magna
in nobis.*

sum mu-

sum mutata sententia, ego vigilo, & cor meū dormit, somnoq; tam graui, vt vix aliquando valeat expergisci ad tonitruum supernæ illius increpationis. Vsq; quo piger dormis? Quando confurges è somno tuo? Paululum dormies, paululum dormitabis, paululū cōseres manus vt dormias, & veniet tibi quasi viator egestas, & pauperies quasi vir armatus. Illud sanè miserrimū est quod hodie non putatur iactura sed lucrum, si dies qui nobis ad purgationem dati sunt, elabantur nobis dormiendo, prætereant & pereant negligendo. Gentilis, vt aiunt, cū sederet ad mensam, venissetq; in mentem nihil strenuū, aut memorabile se egisse die illo: cū gemitu graui, & dolore mensæ se repulit, exclamans, o amici diē perdididi. Nos hodie dicere videmur, diē lucrifeci, si sine opere totus per inertiā possit elabi. Sic nullus ferè est, qui temporis precium ponat, qui cogitet apud se, quantum valeat ad comparandam æternitatem dies vna. Putāsne est aliquis in nobis qui quotidianam dierum suorum à semetipso rationē exigat, qui cuiusque diei dispendia vel emolumenta diligēter sibi describat: vt si deprehenderit se hodie negligenter egisse, vindicet in seipsum ac de cætero cautius agat? Beatus ille seruus quē cū venerit dies extremus, inuenerit ita facientem. Hoc nempe esset de negligentia cum paucis purgari, si rectè & vtiliter implerentur dies purgationis, vt aliquando posset accessus ad sancta salubriter obtineri. Alioquin quādiu māserit quis in sanguine purificationis suæ, sancituit eterna iustitia

Prouer. 6.

Dicitur Tibi
Temporis
habenda
ratio.

DE PVRI. BEATÆ MARIE

stitia (sicut scriptū est in lege Mosi:) vt omne sanctum non tangat, nec ingrediatur sanctuarium, donec impleantur dies purgatiōis eius. Viderint ergo qua fronte ingrediantur sanctuarium, qua conscientia non solum tangerent sancta, sed etiam tractent & sumant sanctum sanctorū, qui scilicet nondum liberati de sanguinibus, nullum tamen suæ purificationis studium gerunt. An nō audiūt protestantē & dicentē: Cū extenderitis manus vestras auertā oculos meos, manus enim vestre sanguine plenæ sunt? Quid enim si mundus sum à sanguine alieno, & conculcari me Dominus videt in sanguine proprio, sicut de Hierusalem loquitur per Ezechielem? Quid inquam mihi proderit, si veloces non sunt pedes mei ad effundendum sanguinem proximorū, & veloces sunt affectus mei ad acquiescendum carni & sanguini, de quibus dicit Apostolus: Quia caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. Maledictus, inquit Hieremias, qui prohibet gladiū suū à sanguine: id est, qui vitia carnis & sanguinis sibi parcat abscindere. Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ, ne cum sanguine purificationis meæ sanctuarium ingrediens, aut sancta contingens, reus inueniar corporis & sanguinis tui, indigne manducans & bibens. Veruntamen gratias tibi Deus Deus salutis meæ, qui in hoc ipsum preciosum tuum fudisti sanguinē vt immunditiam nostri purificares sanguinis, tactumque peccatricis sanguinem fluentis sed salutem desiderātis nō abhorreret, sciens nimirū quod nullus potest facere

Sanguis,
peccatum.
Esaiæ 1.

Ezech. 16.

1. Cor. 15.

Hiere. 48.

psal. 50

Iob 19

mat. 9

Iob 9.

*Purgatio
nis nostræ
tēpus nego
ligimus.*

*1 Cor. 7
Tēpus nos
strū breue
sed precio
sum.*

facere mundum, de immundo conceptū semine,
nisi tu, qui solus es: nec sanis, sed malè habētibus,
melius tamē habere cupientibus, medicus opus
est. Tangere itaq; sanctum sanctorum, sicut illis
quos delectat in sanguine suo versari iudiciū est
mortis: sic illis qui desiderant purificari, remediū
est salutis, iuxta prophetiā Simeonis: Quia hic
positus est in ruinā & resurrectionem multorū.
Fratres & vos quidem in sanguine fuistis, sed ab
luti estis, sed purificati estis: nisi quia sicut iustus
confitetur, si loti fueritis velut aquis niuis, sordis
bus vos statim intingit, non solū conditio cor
rupta, sed etiā voluntas infirma, vt semper nouis
sordibus opus sit purificatiōe noua. Illa verò mi
rabilis & miserabilis est in hominibus sui negli
gentia, vt cū nemo sit qui se purificatione non
indigere præsumat: vix tamē est aliquis qui tem
pus ad hoc indultum quasi purgatissimus sit non
negligat. Fratres breues dies hominis sunt, sed ta
men valde preciosi sunt, imò quò breuiores, eò
preciosiores: quia dies sunt purificationis, cū
statim postmodum futuri sint dies retributionis.
Beati qui in diebus istis lauant stolas suas, & can
didas eas faciunt in sanguine agni: ne postea ve
stimentum eorum, si mixtum fuerit sanguine, sit
in combustionē & cibus ignis. Nec solū timor
vrget supplicij, sed etiam spes inuitat præmij: vt
omni cura & instantia nostræ modò studeamus
purificationi, vt quod hodie figurare voluit in
seipso filius Dei quadā dispensatoria specie, com
pletū quandoq; gaudeamus in nobis ipsa rerum
veritate.

DE PURI. BEATÆ MARIÆ

veritate. Quid illud? Postquam, inquit, impleti sunt dies purgationis, tulerunt Iesum in Hierusalem, vt sisterent eum Domino. Et nos vtique si tempora purgatiōis legitimè fuerint à nobis impleta, tollét in supernam Hierusalem ministeria angelorum, vt illic assistants vultui Dei, oblatio eius simus accepta & immaculata. Ibi demum purificabimur ex toto: sicut à peccato, sic etià à peccata peccati. Ibi nostre purificationis ipsa erit consummatio quæ & remuneratio: cū scilicet diuinus ignis totos nos assumet in holocaustū Domino. Porro hunc ipsum beatissimè purificationis inexplicabilem modum, nec modò quidem cessat æmulari deuotio sanctorum, quantum tamen corruptela corporū, & sollicitudo terrenæ inhabitationis permittūt: dum scilicet mente excedentes in illam Hierusalem, verū orationis locum, illic in conspectu Domini quasi turturæ & columbam pro seipsis ac de seipsis offerūt: corde videlicet & carne exultātes in Deum viuū, quia scilicet columba inuenit sibi domū & turtur nidum, altaria tua Domine virtutum. Ego tamen arbitror quod ad meritū non sit inferius, & fortassis ad purgationē efficacius, si illud quod per speculū & in ænigmate rarò & raris experiri datur, id est vt in Hierusalē sistantur Domino, nos per fidē iugiter actitemus: proponentes, scilicet Dominū in conspectu nostro semper, & oculos eius & iudicia super nos peruigili fide, irremissoque semper timore cogitātes. Fides ista fratres sit in vobis, & eritis de paucis: timor iste sit in vobis,

vobis, & de negligentia purgabitur vos cum paucis, quia timor iste nihil facile negligit. Denique ab initio huius fidei pertransibitis sicut sponsus sponsam se pollicetur, euntes de virtute in virtute, à claritate in claritate tanquam à Domini spiritu: proficientes de visione quæ est per fidem, ad illam quæ est per speculum & imaginem, ac postremo de illa quæ est in imagine speciei, ad eam quæ erit in ipsa veritate faciei, seu facie veritatis. Si enim iugiter præsentiam Domini licet velatam intendatis per fidem, aliquando etiam reuelata facie gloriam eius speculabimini, licet per speculum & imaginem. Cum autem impletis diebus purgationis venerit quod perfectum est, assistetis Domino in Hierusalem, habitantes cum vultu eius, ac sine fine cõtuentes eum facie ad faciem, cui benedictio, & claritas in secula seculorum. amē.

ital. B3

Sermo in Quadragesima.



BENEDICTVS Deus pater misericordiarum & Deus totius consolatiõis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Multæ tribulationes iustorum, & de omnibus his liberabit eos Dominus.

Duplex autem genus tribulationum patimur: quia *Tribulatio*
non

QVADRAGESIMALIS

tionis duplex genus patimur.

non solum duplici natura subsistimus, carne scilicet ac spiritu, sed etiam duplici qualitate vivimus: partim scilicet carnaliter, partim spiritaliter. In mundo eramus toti carnales, in cœlo erimus toti spirituales: nunc autem ex parte carnales, ex parte spirituales. Prout autem proficimus in spiritu, aut magis efficimur spirituales & minus carnales, aut magis remanemus carnales, & minus spirituales. Propterea duplex modo confurgit tribulatio: quia quod in nobis carnale est, contristat aduersitas: quod spiritale, iniquitas. Si nihil in nobis esset carnale, nulla nos contristaret, imò nulla esset aduersitas: si nihil spiritale, non nos nostra contristaret, sed magis delectaret iniquitas: sicut

Prouer. 2.

de quibusdā dicitur, Lætatur cum malè fecerint, & exultant in rebus pessimis. Illa ergo nostra de aduersitate tristitia, carnalis & secundū seculum est: hæc autem de iniquitate, spiritalis & secundū Deum. Illa mortem operatur, si desit consolatio: hæc salutē operatur, si non desit consolatio. Multum tamen interest in aduersitate exteriori, cuiusmodi sit consolatio tristitum: quia consolatiōi diuitum, comminatio diuina Væ intentat æter-

Prosperitas multis est occasio superbiæ. Consolatio temporalis cum deest, latiores

num Quia nimirum plerumque qui humiliari poterant ex aduersitate, grauius superbiunt de prosperitate: proditque ex adipe iniquitas eorū, imò & audacter prouocant Deum, cum ipse dederit omnia in manibus eorum. Nos autem & cum abundat illa cōsolatio temporalis oportet esse gratiores & humiliores: & cum deficit, de æterna redemptione certiores & letiores. Cum tamen sup-

petit

petit siue salus corporum, siue tranquillitas tem-
 porum, aut copia rerum, ea moderatiōe vtenda
 ac dispensanda est: vt sit non occasio peccati, sed
 adiutorium virtutis, ac potius de bonis bona fa-
 ciamus, quàm de bonis mali fiamus. Illa nanque
 consolatione qua se diffundit voluptas, vel extol-
 lit vanitas, renuat consolari anima mea, magisq;
 eligat cū Moysē & viris Israeliticis affligi, quàm
 temporalis peccati habere iucunditatē. Siue au-
 tem consolemur exterius, siue tribulemur, be-
 nedictus Deus, qui consolationem internam &
 æternā dedit in cordibus nostris: id est gaudium
 spei quæ suadet nos etiam gloriari in tribulatio-
 nibus nostris: pollicens, quia si compatimur, &
 conregnabimus. Illam sanè tribulationem quam
 interius de iniquitate nostra patimur, tantò mo-
 lestiorem portamus, quantò periculosiorem e-
 perimur: quia nimirum quotidie de vita pericli-
 tamur, vt veraciter confiteamur, nisi quia Domi-
 nus adiuuit me, paulominus habitasset in infer-
 no anima mea. Gratias tibi Domine Iesu, quia si
 graui sunt pericula, facilia sunt remedia: quia si
 dicebam motus est pes meus, misericordia tua
 Domine adiuuabat me: & quod semel in Petro
 figurasti corporaliter, in filiis Petri quotidie ad-
 imples spiritualiter. Iussisti nos venire ad te su-
 per aquas, id est hoc mare magnū & spaciosum
 manibus: ecce virtute tua ambulamus, sed pon-
 dere nostro grauamur, & plerunq; irruente spi-
 ritu procellarum impellimur, vt etiam mergi in-
 cipiamus, id est penè iam iamq; tentatori con-

esse debemus.

Matth. 14

L ij senua-

QVADRAGESIMALIS

Psal. 117.

Ibid. 36.

*Christus
qui iudicē
se minita-
tur super-
borum, ad-
uocatus es
erit humi-
lium.*

sentiamus. Sed si celeriter confiteamur pedē mo-
tum, id est titubasse animum, & fideliter inuoca-
mus auxilium, tu misericorditer porrigis manū,
firmasq; & dirigis gressum. Super hoc quotidie
iustus decantat: Impulsus sum, vt caderem, sed
non cecidi, quia Dominus suscepit me. Sed cū
ceciderit nō collidetur, quia Dominus supponit
manum suam: id est cū peccauerit non con-
dēnabitur, quia aduocatū habet Iesum, eō quod
& si septies in die cadit, septies resurgit. Non de-
lectatur iacere vbi cadit, & in luto volutari, sed
ocius exurgens excutit se de puluere, & sordes
diluit satisfactiōe. Per hoc nanq; iustus fit, quod
semper in initio sermonis accusator est sui, me-
mor consilij diuini, quo dictū est ei: Dic iniqui-
tates tuas, vt iustificeris. Ita fit vt dū seipsum iudi-
cat, & Deum de se vindicat, illum quem iudicem
metuebat iustum, reus aduocatū habeat. Iustus
enim Dominus & iustitias dilexit: nec potest in-
iustas causas suscipere aut tueri: qui cū acce-
perit tempus etiam iustitias iudicabit. Et tamen
qui iudicem se minatur futurum superbē de ius-
titia præsumentium, aduocatū se pollicetur hu-
militer peccata confitentium: quoniam apud il-
lum in cuius conspectū non iustificabitur omnis
homo, nullatenus causam testificari nostrā me-
lius possumus, quā si nosmetipsos accusantes
& punientes, iustitiā ipsius in nos transferamus,
& partes iudicis aduersus reos exequamur. Sed
& si in aliquo veniali vel per ignorantiam falli-
mur, vel per infirmitatē vincimur, vt Iesum
nostrum

nostrum nequaquā exterminare præualeamus,
sed semper sub oculis nostris in terra nobiscum
habitare patiamur: in hac quoq; imperfectione
nostra consolatur nos sermo ppheticus, qui nos
in se transfigurans ait: In ipsis fuimus semper &
saluabimur. Imperfectum meum, inquit corpus *Psalm. 138.*
Christi, viderūt misericordes oculi tui & in libro
tuo omnes scribentur, id est scripti inuenientur,
tam perfecti quā imperfecti. Pollicetur siqui-
dem Dominus se perfecturum imperfectionem
nostram, loquens per Iohelem prophetam: Et *Iohel. 3.*
mundabo, inquit, sanguinem eorum quem non
mundauerunt. Hinc Esaias cū præmisisset de
perfectione futuræ cœlestis Hierusalem: & erit
omnis qui relictus fuerit in Sion, & residuus in
Hierusalē, sanctus vocabitur omnis qui scriptus
est in vita in Hierusalem, quod in infirmis nō nisi
purgatiōe diuina perficiēda sit sanctitas illa sub-
iunxit dicens: Si abluerit Dominus sordē filiarū *Esa. 4.*
Sion, & sanguinē lauerit de medio Hierusalem.
Consolatur quidē me lauatio quæ promittitur,
sed terret modus qui subditur. Spiritu, inqt, iu-
dicij, & spiritu ardoris. Ignis enim opus cuiusq;
probabit. Si cuius opus arserit, detrimentum pa- *1. Cor. 3.*
tietur, ipse autem salus fiet merito fundamenti,
sic tamen quasi per ignem. Quantō melius nunc
arderemus delectabili amore, quam tūc illo pœ-
nali ardore? Quantō suauius nunc igne amoris *Ignem amo-*
purgaremur, vt mundanum in nobis non relin- *ris hic sa-*
queretur quod mundi incendio obnoxium inue- *tius est*
niretur: sed sicut tribus pueris vterus roris fieret *purgari.*

QUADRAGESIMALIS

postea pur-
gatorio
igne.

nobis fornax Babylonis. Alioqn sit tepidè & negligenter viuētes, ligna, fœnum, stipulam nobis coaceruamus, & tantam ignium materiam hinc nobiscum portamus, cū examen illius purgatorij tales intrauerimus, quis poterit de nobis habitare cum igne deuorante: aut quis habitabit ex nobis cum ardoribus sempiternis: quādo omne etiā vestimentū mixtū sanguine erit in cōbustionem & cibus ignis? Scio quidē, quia si satis arderem igne charitatis, de me quoq; diceretur: Dimittitur ei peccata multa, quoniā dilexit multū.

Luc. 7.

Nūc autē si purgari nō mereor igne dilectiōis: utinam vel purgarer alicuius igne passionis: fieretq; mihi quod ppheta imprecatur sibi: Ingrediatut putredo in ossibus meis, & subter me scateat, ut

Habac. 3.

Iob 3.

requiescā in die tribulatiōis. Utinā qui cœpit ipse me cōterat, soluat manū suā, & succidat me: & hæc mihi sit consolatio, ut affligēs me dolore nō parcat. Verūtamē nosti Domine infirmitatē figmenti mei. Quæ est enim fortitudo mea, ut sustineam, aut quis finis meus, ut patiēter agam? Nec fortitudo lapidū fortitudo mea, nec caro mea quænea est. Hoc primū quidē peto Domine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripas me.

Apoc. 3.

Sed quoniā audio abste, Ego quos amo arguo & castigo, & beatus homo qui corripitur à Domino: corripe me Domine in misericordia, & nō in furore tuo, ne fortē ad nihilum redigas me, & dicatur de me, Detraxisti eum ab emundatione. Intuere infirmitatem meam, & secundum illam manum tuam moderare, ne vehemētia verberis frangat

frangat patientiā cordis: sed magis tribulatio patientiam operetur, patientia probationem, probatio spem. Sed vā mihi si quotidie vr̄or, & non emundor: vt & de me dici contingat: Multo labore sudatum est, & non exiuit de anima rubigo eius neque per ignem. Immundicia tua execrabilis, quia mundare te volui, & non es mundata à sordibus tuis: sed nec mundaberis prius, donec quiescere faciā indignationē meam in te. Quā vereor ne id cadat in nos, qui districtione vitæ velut quodam purgatorio igne quotidie coquimur, & nunquā ab iniquitate nostra, sicut oportet, mundamur: & forsitan nō mundabimur, donec sedeat iudex ipse quasi ignis conflās & emundans argentum, & purgabit filios Levi. Verumtamen quantulumcunq; proficiat nunc iste ignis, malo tamen interim mihi hūc adhiberi, quam ad illum penitus differri. Nam si ad inuicem comparentur, iste quidē medicina est misericordis, ille ultio irati. Ita sentiebat, qui dicebat: Domine, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripas me. Scio quidē quia tūc etiā cū cōturbata fuerit aīa mea Domine: in ira misericordiæ memor eris. Scio quia etiā in luctu & pœnis cōsolarer me spem meliori: & inimicę potestati cui emendandus ad tēpus traditus essem, verbis prophete responderem dicens: Ne lateris inimica mea super me, quia cecidi, confurgā. Cū sedero in tenebris, Dominus lux mea est. Iram Domini portabo, quia peccaui ei, donec iudicet causam meā. Educet me in lucem, videbo iustitiā eius: & aspi-

Ezech. 24

Micha 7

QVADRAGE. SERMO 1.

eiet me inimica mea & operietur confusione. Et dicam in illa die : Confitebor tibi Domine quoniam iratus es mihi : conuersus est furor tuus, & consolatus es me. Veruntamē cur timebo in die mala? Cur non magis in die bona bonis fruor, & diem malam præcaueo? Nonne ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis? Cur non

Eccles 9.

audiam modo consilium sapientis, Quodcunq; potest manus tua instanter operare: quia non est consilium nec ratio, nec sapientia apud inferos quò tu properas: & illud Apostoli: Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes: Cœ-

Galgt. 6.

Consolatio

vtilis erit

si terrori

mixta fuerit.

vit.

peramus quidem à consolationibus, sed ad terrores deuenimus: quia tunc nimirum consolatio utilis erit, si terrori mixta fuerit: tunc ingrediemur in veritate tua Domine, si ita lætatur cor nostrum, vt timeat nomen tuum. Alioquin si omnino vos securos faceremus, diceretur & de

Esa 3.

nobis: Popule meus qui beatum te dicunt, ipsi te decipiunt, & vestigia gressuum tuorum dissipant. Tunc autem verè beati erimus, si miseriam

nostram rectè agnoscamus & piè dolea-

mus: tunc securi in morte erimus,

si semper pauidi suspecteque

viuamus.

¶ SABBATO

SABBATO SE- cundæ hebdomadæ Qua-

dragesimæ, de Parabola prodigi filij ad pa-
trem reuersi.



FOELIX humilitas pœniten-
tium, ô beata spes contentium: *Pœnitentia*
quàm potēs es apud omnipotens *quantum*
tem, quàm facillē vincis inuinci- *apud patrē*
bilē, quàm citò tremendū iudicē *possit.*
conuertis in piissimum patrem.

Prodigus iste filius cuius hodie in magnam ædi-
ficationem nostrā audiuius peregrinationem
ærumnosam, pœnitentiam lachrymosam, susce-
ptionem gloriosam, prodigus, inquam, iste tam
grauiter reus, nondū confessus erat, sed tantū
confiteri deliberauerat: nondum satisfecerat, sed
tantū ad satisfaciendum animū inclinauerat:
& de solo ferè proposito cōceptæ humilitatis ve-
niam statim obtinuit, quæ tanto tempore tantis
expetitur votis, imploratur lachrymis, ambitur
obsequijs. Latronem in cruce sola confessio ab-
soluit, istū sola voluntas confitendi. Dixi, inquit, *Psal. 31.*
confitebor aduersum me iniustitiam meam Do-
mino: & tu remisisti impietate peccati mei. Vbi-
que misericordia præuenit. Præuenerat volun-
tatem confessionis, ipsam inspirando, præuenit
& vocem confessionis, quod confitendum erat
indulgenti. Cū adhuc, inquit, longè esset, vi-
dit illum pater ipsius, & misericordia motus est:

L v & ac-

QUADRAGESIMALIS

& accurrens cecidit super collum eius, & oscu-
latus est eum. Quantum hæc verba sonare viden-
tur, tardius videbatur patri, filio veniam dedisse,
quàm illi accepisse. Sic festinabat absoluerè reū à
tormèto consciètiæ suæ, quasi plus cruciaret mi-
sericordem compàsio miseri, quàm ipsum misce-
rum passio sui. Neq; hoc dicimus, quò in natura
incommutabili humanos ponamus affectus, sed
vt in amorè illius summæ bonitatis affectus no-
ster dulcescat: dum ipsam plus nos amare, quàm
ipsi nos amemus, ex similitudine discimus hu-
mana. Vide autem quomodo vbi abundauit de-
lictū, superabundet gratia. Reus vix poterat spe-
rare veniam, iudex imò iam non iudex, sed aduo-
catus, accumulât gratiam. Citò, inquit, proferte
stolam primam, & induite illum, & date anulum
in manu eius, & calciamèta in pedes, & adducite
vitulum saginatum, & occidite & manducemus
& epulemur: quia hic filius meus mortuus erat
& reuixit. Verum, vt hæc omnia prætereamus,
scilicet stolam primam, id est, sanctificationè spi-
ritus, qua baptizatus induitur, & pœnitens reino-
duitur: anulū fidei quo subarratur: calciamèta,
quibus ad calcanda serpentum venena munitur,
vel ad euangelizandum præparatur: vitulum sa-
ginatū qui ei in altari immolatur, festiua illa gau-
dia quæ pro recepto indicta filio toto celebrâtur
cœlo: vt hæc inquam omnia taceamus, & doctio-
ribus tractanda seruemus, amplexus ille & oscu-
lum paternæ pietatis, quid non habet gratiæ &
dulcedinis? quid nō felicissimi gaudij? quid nō
sanctis-

*Plus nos
amat Deus,
quàm ipsi
nos amemus.*

*Stola pri-
ma quid.*

*Anulus.
Calciamen-
ta.*

*Vitulus sa-
ginatus.*

sanctissime voluptatis? cecidit, inquit, super colu-
lum eius, & oscular^r est eum. Cū sic super eum
affectabat, quid agebat amplectens & osculans,
nisi illum sibi vel seipsum illi insinuabat, se illi in-
spirabat, vt adherendo sibi vnus secum fieret spie-
ritus, sicut adherendo meretricibus vnum cum
eis corpus fuerat effectus? Parū erat illi summæ
misericordiæ viscera suæ miserationis non clau-
dere miseris: in ipsa sua eos viscera trahit, suisq;
inserit mēbris. Nō poterat nos sibi arctius astrin-
gere, nō poterat nos magis intimos habere, quā
vt corporaret sibi, & sicut charitate sic virtute in-
effabili, non solum assumpto corpori, sed etiam
ipsi cōiuniret spiritui. Quod si tanta est gratia pœ-
nitentium, quæ erit gloria regnantium? Si ista
sunt solatia miserorum, quæ erunt gaudia beato-
rum? Et qui hoc prærogat in via, quid seruat in
patria? Vtique quod in cor hominis nō ascendit:
vt ei similes simus, & sit Deus omnia in omnib⁹.
Iam verò tu beate peccator, sed licet nō ideo bea-
tus quia peccator, sed quia pœnitēs de peccato:
quid tibi, rogo, animi erat inter amplexus patris
& oscula, cū prope desperatū refouebat, cū
cor mundum tibi innouans, lētitiam salutaris sui
tibi refundebat? Et quomodo, inquit, sermo ex-
plicabit, quod mens non capit? Inenarrabiles ge-
mitus, & inexplicabiles sunt affectus, quos de in-
comprehensibili velut impregnatus parturit ani-
mus. Angustum est eis cor humanū, vndē & scis-
sum effundit seipsum: & ardorem quem concipit,
sed nō capit, quibus potest modis, lachrymis,
gemitib⁹.

QUADRAGESIMALIS

gemitibus, suspirijs, euaporat ac digerit. Norunt hæc melius, qui gustauerunt sæpius & vberius. Nunc quoque, inquam, cum dimissus possit illos amplexus & oscula, te & teipsum recogitas, cum causam tuam qualis fuerit, qualiterue ab eo iudicata sit retractas: & illinc abundantia delicti tui, hinc superabundantiam gratiæ penfas: quid tibi obsecro parit cogitatio tua? Quid ni, inquit, interabilis in meditatione mea exardeat ignis: illinc dolore & pudore, hinc gaudio & amore? Nō me hominē putarem sed lapidem, si ita duri cordis existerem, ut meipsum non dolerem vel erubescerem: vel ita nequam & ingrati, ut non totus in gaudiū vel amorem illius patris liquefierem. Custodi igitur o felix peccator, custodi sollicitè ac vigilanter hunc spiritum tuum, hunc iustissimum humilitatis ac pietatis affectum: quo semper ita de te sentias in humilitate, de Domino in bonitate. Nihil illo maius in donis spiritus sancti, nihil preciosius in thesauris Dei, nihil sanctius inter omnia charismata, nihil salubrius inter omnia sacramenta. Custodi, inquam, si vis ipse custodiri, humilitatem illius sensus & vocis, qua patri confiteris & dicis: Pater iam nō sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnū de mercenarijs tuis. Nihil ita patrē promeretur sicut huius vocis affectus, nec melius te filium facies dignū, quā si semper confitearis indignum. Hæc humilitas nō solum peccatores iustificat, sed etiam iustos consummat, iustitiamq; eis accumulatur: si videlicet se seruos fateantur inutiles, etiam cum

*Humilitas
te nihil ma
ius inter
dona spiri
tus sancti.*

*Humilitas
iustos con
summat.*

quæ præcepta sunt, fecerint omnia. Peccatū tuū
 coram te sit semper, & iuxta consilium sapientis,
 etiam de propiciato peccato noli esse absq; metu.
 Incerta & occulta sunt iudicia Dei, non temerè *Iudicia dei*
 præsumendum est de illis, cū nil inde certius *incerta.*
 teneamus, quā quod in conspectu Dei non ius-
 tificabitur omnis viuens, nisi in quantum se iu-
 dicat peccatorem. Alioquin quāsi pannus men-
 struatæ vniuersæ iustitię nostræ. Blandē te misce-
 ricordia suscepit, piē refouit: time iudicium, ne
 gratia quæ data est humili, auferatur superbiētī.
 Elegisti abiect⁹ esse in domo patris tui, contētus
 eras fieri q̄si vnus ex mercenarijs: ita in sentētia,
 vt etiā si promotus es, adhuc ad maiora proucha-
 ris. Extremū locū semper occupa, aut certē deside-
 rera: seruitutē tibi mercenarij, nō libertatē filij
 tibi vindica. Deuotioē quidē filij patrē cole, con-
 sciū quid ipse de te meruerit: sed humilitate &
 labore mercenarij contentus esto, consciū quid
 ipse merueris. Nunquā tibi displiceat humilitas,
 per quā placere cōpisti, & sine qua displicere in-
 cipies, quātiscunq; pollere virtutib⁹, quantūcun-
 que patri officiosus deferuire videaris. Hūilitas *Humilitas*
 siquidē oīm virtutū est maxia, cū tamē virtutē *omniū viri*
 se esse nesciat. Ipā ferē oīm radix, & seminariū, & *tutū maxi*
 fomes, & incētiū, & ipsa cumulus & fastigiū, cu-
 stodiam & disciplina. Ab ipsa incipiūt, per ipsam pfi-
 ciūt, in ipsa consummātur, per ipsam conseruā-
 tur. Cūq; oībus vt virtutes sint tribuat, si qua ea-
 rum defuerit, vel minus pfecta fuerit, ipsa alteri⁹
 defectu proficiēs, dispendiū illius de se cōpensat.

SERMO

Sermo in solen nitate beati Benedicti.

Ecclesi 14.



*Commoran
dum in sa
pientia.*

EATVS vir qui in sapien
tia morabitur, & qui in iu
stitia meditabitur, & in sen
su cogitabit circumspc
tionem Dei. Quam congrue
verba hæc in laudem beati
Benedicti cātata sint, facile
quiuus vestrū intelligit, cui
tamen vita & doctrina ipsius nō ignota sit. Quam
commodè verò ad vitæ nostræ doctrinam trahi
possint, ipsa per se verborum facies ostendit: quæ
scilicet illa quibus nihil est vtilius in vita, sapien
tiam, iustitiā, timorem Dei, cum præmio etiam
beatitudinis commendat. Beatus, inquit vir, qui
in sapiētia morabitur. Prorsus hæc est beatitudo,
hæc sapientia, si morēris in sapientia, vt perseue
ranter eam teneas: non enim statim qui inuene
rit, sed qui tenuerit eam beatus. Dicit quidē scri
ptura: Beatus qui inuenit sapientiam: sed nō ibi
quieuit, imò addidit, & qui affluit prudentia: ne
videlicet solū inuenisse statim putaretur ad bea
titudinem sufficere, nisi eum inueneris, cum ea
& in ea demorēris, & contubernio atq; conuictu
ipsius delecteris, nec discedas à magisterio eius
donec meditando iustitiā, cogitando circumspc
tionem

tionem Dei, affluere prudentia possit. Nam & Salomon sapientiam inuenit, sed quia prudentia minus affluxit, nec satis prudenter sibi circumspexit, dum videlicet nō cautē sibi prouidit à mulieribus alienis, non modò sapientiam perdidit, sed vsque ad vltimam idololatrię insipientiā proruit. Sapientes quoque huius mundi, qui inuisibilia Dei à creatura mundi per ea quę facta sunt, intellecta conspexerūt, sapientiam inuenisse visi sunt, sed quia nec ipsi prudētia affluerūt, & cū cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, stulti & ipsi facti sunt, & obscuratum est insipiēs cor eorum vsque ad reprobum sensum, & ignominiam turpitudinum. Alios itaque sicut istorum exemplo liquet, repellit à sapiētia quam inuenerant, superbia cordis: alios sicut in Salomone patet, abstrahit illecebra carnis: Alij autē leuitate & inconstātia mentis, leui perturbatiōe offensi eam relinquunt: qui scilicet ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Quare autem recedūt? Quia radices nō habent, quibus teneantur. Quomodo autem radicari poterunt, nisi morentur? Quæ vnquā planta radicatur, nisi loco cui affixa fuerit immoretur? Sic iustus plan-
Stabilitas loci necessaria.
tatus in domo Domini, nec radicari, nec fundari in charitate poterit, nisi mora & stabilitate loci. *saria.*
Si autē radicans non fuerit, nec florere, nec fructum qui maneat asferre poterit: & si florere visus fuerit alicuius spei initio, dicetur de illo: An-
Esaie 18.
te messem totus effloruit, & immatura perfectio germinauit. Et secundū aliū prophetā, si fecerit
Osee 8.
fructum,

IN SOLEM. B. BENEDICTI

fructum, alieni comedent eum. Vis autem scire
quàm sit necessaria stabilitas loci, vt in sapientia
morèris: vt radicari & fructificari possis mora
temporis? Interroga patrem tuum beatum Bene-
dictum, & annuntiabit tibi, quia claustrum mo-
nasterij, & stabilitas in congregatione locus ido-
neus sit ad ferendum omnium ferè fructus vir-
tutum, quarum longum ibidem texit catalogum,

Prone. 27. Quid enim de instabili Salomon ait? Sicut auis
transmigras de nido suo, sic vir qui relinquit lo-
cum suum. Inuenerat turtur nidum vbi poneret
pullos suos, coeperat eum calefacere & ab eo ca-
lesceri, venerant vsque ad partum pulli, & ecce auo-
lat, opusque conceptum imperfectum relinquit. Quare,
vnde, vel quod auolet ipse viderit, vel quando tot
dispendia, quae interim patitur compensabit, vel
qua ratione primam fidem irritam factam excu-
sabit? Ego enim non putarem esse consilij, pro spe
incerta, certa subire dispendia: & si, perfectus quo-
rundam me iubeat interim à praecipitatione co-
hibere sententiam. Enimvero multum dissimilis est
causa eorum qui amore sapientiae inquieti sunt,
& eorum de quibus loqui coeperam, qui leui &
friuola permoti causa à sapientia resiliunt. Sicut
enim per patientiam disciplinis sapientiae quis im-
moratur, vt discat sapientiam: sic qui facile per-
dunt sustentiam, non demorabuntur, vt scriptum
est, proijcere illam. Quid autem eos offendat, pra-
misit scriptura cum ait: Quasi lapidis virtus, pro-
batio erit in illis. Offenderunt in lapidem offen-
sionis, & Petram scandali, cuius probata virtus
corripiebat

Ezek. 6.

8

corripiebat & erudiebat insipientes probabatq;
mentes: cum ipsi virtutem sapientiæ duriciā la-
pidis interpretarentur, duraq; omnia, discipli-
nam, vultum, sermonem causarentur. Durus est *Ioan. 6.*
inquiunt hic sermo. Esto. Sermo durus est, nun-
quid non verus est? Lapis durus est, nunquid nō
preciosus est? Quare autem veritas dura est tibi, *Dura nos*
nisi propter duriciā cordis tui? Si cor tibi pietate *bis veritas*
mollesceret, plus tibi soliditas veritatis quā va- *videtur, ob*
nitas mendacij, vel oleū adulationis placeret. Du- *cordis nos*
rus est aiebāt hic sermo, quia quasi lapidis virtus *stri duris*
erat illis probatio sapientiæ, ideoq; non sunt de- *ciam.*
morati eam p̄icere, & retrō abire. Nec ob aliud
preciosum & electum à Deo lapidem reprobau-
erunt, nisi quia durū putauerunt. Et erat quidem *Petra Chri*
Petra Christus, sed virtute non duricia. Erat Pe- *stus duris*
tra, sed quæ conuerti posset, imō & conuersa est *cia, nō vire*
in stagna vel fontes aquarū, vbi mollia & humi- *tute.*
lia quibus influeret inuenit corda fidelīū. Nam
& isti qui tam citō offensi quadam specie du-
riciæ retrō abierunt, si permanissent cum Apo-
stolis, bibissent forsitan & ipsi cum eis de conse-
quenti eos Petra, bibissent flumina aque viue de
Petra percussa in cruce fluentis largissimē, ita vt
hodieq; bibat populus & iumenta: imō suxissent
etiam mel de Petra, oleumq; de saxo durissimo.
Prorsus tu beatus es Simon Bariona, tibi iam
reuelabat pater pietatē mysterij, latentē vt vide-
batur sub duricia sermōis, qui interrogatis duo-
decim an & ipsi vellent abire, constanter respon-
disti, Domine verba vitæ eternę habes, ad quem *Ioan. 6.*

M ibimus?

IN SOLEM. B. BENEDICTI

Psal. 93.

ibimus? Planè beatus qui cum sapientia morari,
& cum domesticis eius ad mensam ipsius pane
interim sacramenti nutriri delegisti, donec de fi-
de proficientem ad intellectum pane vitæ & in-
tellectus te cibaret, & aqua sapiëntiæ salutaris po-
taret. Beati & vos fratres mei, qui in disciplinam
sapiëntiæ, & Christianæ scholam philosophiæ no-
mina dedistis, sed si perseveranter in sapientia
moremini: vt cum durior sermo ipsius visus fue-
rit, duriora scilicet præcipientis, aut durius cor-
ripientis: non sit in aliquo vestrum cor malum
incredulitatis discedendi à Deo viuo, sed con-
stanter dicatis cum Apostolo: Verba vitæ æternæ
habet, ad quem ibimus? Fingis quidem laborem
in præcepto, duriciam in sermone, sed scimus,
quia magna est multitudo dulcedinis tuæ Do-
mine, quam abscondisti timentibus te, perficies
sperantibus in te. Ego autem semper sperabo,
etiam si occideris me. Imò tunc amplius spera-
bo, cum flagellaueris, secueris, vsseris, occideris
quicquid vivebat in me: vt non ego, sed Chri-
stus viuat in me. Omnino non discedimus à te,
quia viuificabis nos etiam occidens, sanabis per-
cutiens. Verè beatus qui cum sapientia mora-
tur, hac constantia & fide longanimitèr patiens,
& fideliter obediens vsque ad mortem, nec de-
serens locum suum, quotienscunque spiritus po-
testatem habentis ascenderit super eum, sciens
quia curatio disciplinæ faciet cessare maxima pec-
cata. Sanè ad hanc sapientiam morandi in sapien-
tia, illud præcipuè pertinere arbitror, vt inque-
tudo

tudo vel quælibet leuis molestia nō facillē quodcunque opus sapientiæ nobis excutiat: verbi gratia, solennem psalmodiā, orationem, lectionem diuinam, pensum operis diurni, aut silentij disciplinam. Quia enim sapiētia in exitu canitur, gaudebunt, ait, sanctus labia mea cū cantauero tibi, dum etiam ad literam, exitus matutini & vespere delectabis. De oratione quoque certum & ipsi quotidie capitis experimentum, quod melior est finis orationis quā principium: vt fidele probetis Dominicum illud totiens inculcatum, tot exemplis commendatum, de orationis perseuerantia, consilium. Nam legere & negligere, vel antequam cœperis librum, de manibus proijcere, quem fructum putas tibi poterit parere? Si scripturæ immoratus non fueris, vt assiduitate studij ei fias familiaris, quando putas se tibi reuelabit? Qui habet, inquit, amorem verbi, dabitur ei intellectus, & abundabit: qui verò nō habet, & quod habet per naturam, auferetur ab eo propter negligentiam. De opere autem manuum nōne & de isto satis comperistis, quia sicut denarius operarijs, sic consolatio sapius seruatur in fine operis? De silentio quippe nota est promissio prophetica, quia in silentio & spe erit, inquit, fortitudo vestra. Si enim colas iustitiā in silentio, & sicut Hieremias bonū esse ait, præstoleris cum silētio salutare Domini, in medio silentio secretus tibi illabetur à regalib⁹ sedibus oīpōtēs sermo, & aquæ Syloe quæ vadūt cum silētio conuallē quieti ac placidi pectoris grato rigabūt

Thren. 3.

M ij profu-

IN SOLEN. B. BENEDICTI

Esa. 32.

profluuiio: hoc non semel sed sæpius experieris si modò silentiũ tuum cultus iustitiæ sit, id est si in iustitia mediteris: vt perseueres in scriptura quã pposui, & in sensu cogites circumspectionẽ Dei. Hæc meditare, in his esto, vt profectus tuus manifestus fiat. Si enim iniquitatem mediteris in cubili tuo, malitias scilicet quas malignus immit- tit, aut phãtasias quas cor tuũ parturit, aut inanes philosophias, seu fallaces theorias quę sunt velut ægri somnia, nõne magis iniustitiæ quàm iusti- tiæ cultus erit silentium tuum? Si ergo vis in sa- pientia morari, stude in iustitia meditari. Concu- pisti, inquit, sapientiam, conserua iustitiã, & Do- minus præbebit illam tibi. Si autem quasi violẽte irruunt cogitationes noxiæ, pone tibi virilem & fidelem custodiã, quæ omni custodia seruet cor

Ecclesi. 1.

*Timor Dei
fidus vbiz
custos.*

tuum. Dico autem timorem Dei qui nihil negli- git, qui nullum indiscussum intrare permittit, sæ- pius interrogas etiam angelum lucis: Noster es, an aduersariorũ? Vndiq; enim sibi circumspicit, tanquam omni hora cogitans circumspectionem Dei, quem sine intermissione inũtueri ac iudicare corda filiorum hominum attendit. Pulchrẽ au- tem dictũ est, in sensu cogitabit: quia prorsus sine sensu est & à corde excelsit, qui timorẽ Dei co- gitare negligit, qui pondus tantę maiestatis ac ius- dicij sibi incumbentis non sentit. Signanter quo- que circumspicere Deus dicitur, qui omnia tam præterita quàm futura habet præsentia, vt nec ista respiciat, nec illa pspiciat: sed similiter, quia sim- pliciter cuncta circumspeciat: sitque illa æternitas

*Deus oĩa
circumspi-
cit.*

velut

velut punctum, omnium media temporaliū, cuius immobili simplicitati semper æqualiter præsens est circuitus & rota temporum. Hunc oculum æternum, sine intermissione videntem, & iudicantem omnia, semper cogitat, suaque se cogitatione sollicitat timor Domini, qui reuocat à malis, nō solum operibus, sed & cogitationibus: erudiens nos, vt iustitiā potius meditemur, continēs, vt cum sapiētia moremur. Ita enim sensim fit, vt qui primo coërcetur timore iudicij & pœnæ, postea pascatur amore ac meditatiōe iustitię, demumq; requiescat ac delectetur in cōiuctu & amplexu sapientiæ. Hęc nō modò foras mittit timorem diffundendo charitatē, sed etiā pellit ab animo tediū & angorē, infundendo suauitatē, sicut quidā contuberniū habēs ipsius, de ea loquebatur: Intrans in domū meam, conquiescā cum illa, non enim habet amaritudinem conuersatio illius, nec tædium conuictus illius, sed lætitiā & gaudiū. Horū participes nos faciat, qui particeps nostri fieri dignatus est Dei sapiētia Christus Iesus, qui viuit & regnat, per oīa secula seculorū.

Sap. 8.

SERMO DE EO dem II.

BENEDICTVS vir qui confidit in Domino. *Hiere. 17.* Sanctus pater noster gratia Benedictus & nomine, cuius memoria in benedictione est, ipse profecto fuit benedictus vir qui

M iij confisus

DE SOLEN. B. BENEDICTI

confusus est in Domino. Quem enim Dominus præuenit in benedictionibus dulcedinis, ut in Domino confideret, iam benedicit omni benedictione spiritali in cœlestibus in Christo, quia in Domino cōfusus est. Nec solum in cœlestibus benedictionem omnium angelorū, sed etiam in terrestribus benedictionem omnium gentiū dedit illi Dominus. Vbi enim gentium non benedicitur hodie benedict^o Domini Benedictus? Planè benedictio Domini super caput iusti, quē tot benedictionibus cœli & terræ gratia Dei cumulauit. Non tamen sicut Esau in pinguedine terræ, & in rore cœli benedictio eius, sed in pinguedine spūs, & in autore cœli qui per prophetā loquitur, Ero quasi ros: & cui dicitur, Ros lucis ros tuus: in Christo utique benedictio patris, cui pater imprecatus est: Qui benedixerit tibi benedictionibus repleatur. Merito proinde benedictus in Domino vir qui cōfidit in Domino, quia qui in Domino fidit, in eo seipsum figit. Vbi autem arbor radicem figit, inde succum vitæ atque humorem pinguedinis bibit. Planè ad humorē radices misit, qui ut verbis utar Benedicti magistri spem suam Deo cōmisit, ac de ipso fonte summi boni aquas vitæ totius benedictiōis & gratiæ bibit. Per hanc nempe piam & fidelem fiduciā remittuntur peccata, sanitatū corporalium, sed magis spiritalium obtinētur remedia, propulsantur pericula, terrores contemnuntur, vincitur mundus, omnia deniq; possibilia credenti reddūtur. Illi quippe qui in peccatis erat, Confide ait fili, remit-

Osee 14.

*Qui in Domino
fido
in eo seipsum
figit.*

*Fiducia in
Dominum
quid boni
pariat.*

remitt-

remittuntur tibi peccata tua. Illis quibus donatur
 sanitas corporum vel animarū, Secundū fi-
 dem tuā fiat tibi, &, Fides tua te saluū fecit. Illis
 qui periculo terrebatur naufragādi, Habete, in-
 quit, fidē Dei, & quid timidi estis modicæ fidei?
 Illis quos armabat aduersus sæuitiā mundi furo-
 resq; diaboli, Cōfide ait, egovici mūdū. Et utiq;
 hæc est victoria quæ vincit mūdū, fides nostra:
 si modo nō sit tepida, nō trepida, sed sit fiducia, id
 est, fides non ficta, seu spes nō infirma. Nō solum
 aut mundus per eam vincitur, sed & coelū possi-
 detur: super æternitatem homo stabilitur, & in
 Deo ipso per charitatem radicatur & fundatur.
 Qui enim confidūt in Domino, sunt sicut mons *Psalm. 124*
 Sion: non cōmouebitur in æternū, qui fundatus
 est super æternum. Tam enim perire non potest,
 quān nec ille, cui adhærēs vnus cum ipso spiri-
 tus est. Quis enim sperauit in Domino & confu-
 sus est: permanfit in mandatis illius, & derelictus
 est. Si dixerit infidelis, ille derelictus erat qui in
 cruce clamabat, Deus Deus meus, vt qd me de-
 reliquisti? puto quia non vsquequa; derelictus, in
 quo erat mūdū reconciliās sibi. O quāta conso-
 latio sic desolari, quāta dilectio sic derelinqui, vt
 vnico patris vnice dilecto merearis vel in passio-
 nib; cōsociari. Aperi Domine oculos hui' pueri,
 rudē loquor & nouitiū, qui cū tribulatur pu-
 tat se derelictū. Nouū hoc omnino & insolitū, si
 iustū quempiā viderē derelictū, cū Ecclesia di-
 cat, Iunior fui, etenim senui, & nō vidi iustū dere-
 lictū. *Psalm. 36.*
 Aperi inquā ō Domine oculos pueri tui, vt

M iij videat

IN SOLEN. B. BENEDICTI

Rom. 8.

videat quia plures nobiscum sunt quàm cum aduersarijs. Siquidem Dominus virtutū nobiscū, & cum eo omnis virtus & militia cœli, imò fauor omnis creaturæ, seruiētis nutui & arbitrio creatoris sui. Si enim Deus pro nobis, quis cōtra nos? Et quis est qui nobis noceat, si boni æmulatores fuerimus? Poterit inuidus ille scire, sed hoc erit seruire. Poterit vrere, tundere, dissecare, sed hoc erit coronas fabricare. Diligam te Domine fortitudo mea, per quē mihi vermiculo succumbit omnis fortitudo contraria, & illuditur ab angelistuis in ministerium nostrum missis antiqui draconis astutia, vt volēs nocere, proffit. Diligam te Domine propugnator potēs, gubernator prudens, consolator clemens, remunerator affluēs. Securus in eum proijcio omnem sollicitudinem meam: cuius nec potentia vinci, ne sapiētia falli, nec beneuolentia potest fatigari, quo minus expleat omnem indigentiam meam. Quàm satius, quàm securius est ipsum esse sollicitū, quàm me ipsum pro me: quàm bonū est confidere in Domino, quàm in homine: quàm iure maledictus qui confidit in homine, carnem ponit brachium suum, & recedit à Domino cor eius. Et quidem egenus & pauper ego sum: sed si Dominus sollicitus est mei, diues sum, beatus sum, cui nimirū omnia cooperantur in bonum. Sperent igitur in te, qui nouerunt nomen tuum, quoniam nō derelinquis sperantes in te Domine: sed eatq; populus tuus sicut scriptū est, in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, in requie opulenta, in securitate

Esai. 32.

curitate sempiterna. Omnino pulchra pax & securitas sempiterna, habitare in adiutorio altissimi, in protectione Dei cœli commorari. Prorsus requies opulenta, sedere feriatum sub vite vera, ficu, & oliua: & post saturitatem variorum fructuū, seipsum mulcere carmine amatorio, ac dicere: Sub vmbra illius quam desiderabam, sedi: & fructus illius dulcis gutturi meo. Planè dulcis gutturi fructus, de cuius gustu tam dulcis erumpit ructus. Hæc sunt ergo tabernacula fiducię, in quibus verus Israel habitat confidēter, pascit & cubat, & non est qui exterrear: & sicut sapientia promittit, requiescens absque terrore abundātia perfruitur, malorum timore sublato. Et bene timore malorum sublato, non timore Domini, ne fiducia ista & securitate quam commendamus, negligentia putes generari, cum nō in alio quā in timore Domini sit fiducia fortitudinis. Timor quippe dum cauet offensam, custodit gratiā, locumq; seruat fiducię, quandiu tibi conscius non es Dominum offendisse. Inde fit vt nō nisi castè timeas eum: præter eum nullatenus timeas alium. Sola ergo conscientia bona fiduciam istam præsumit, suadetq; corda nostra in conspectu iudicis æterni. Quis enim bene sibi de illo promittat, à quo se minimè diligi intelligat? Qui autem diligit, nunquam diffidit: sciēs quia is quē corda non fallunt diligētes se diligit, etiam cum arguit & corripit. Siquidem eruditur corde in sapientia, non aufert sed auget fiduciam patris disciplina, scientes scriptum: Beatus qui corripitur a Do-

Cant. 2.

*Securitas
nunquam
fit sine timore Do-
mini.*

Iob. 5.

M v mino:

IN SOLEN. B. BENEDICTI

mino: & Ego quos amo arguo & castigo. Cū igitur exarserit in breui ira eius, beati oēs qui confidunt in eo: quos scilicet amoris pprij consciētia consolatur, quia cū iratus fuerit misericordiae recordabitur, & cū dixerint: Confitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi, statim subsequenter, conuersus est furor tuus & consolatus es me: eō quod nō nisi in breui exarserit ira eius, quā tam citō placauerit confessio reatus. Merito igitur benedictū virū qui cōfidit in Domino, lig-
Hiere. 17. no cōparat Hieremias quod transplātatur super aquas: quod quia ad humorē amoris mittit radices cordis, nō timebit cū venerit estus irē & tribulatiōis: sed & in tempore siccitatis cū multo tempore cōclū clausum fuerit, nec ros nec pluuia gratiæ super eum descenderit, nō erit tamē sollicitū, quasi Deus eum proiecerit. Sentit quippe se plātātū fide, radicatū charitate super aquas vitæ, quę secundū Ezechielē, de sanctuario egredientes viuificāt oīa, & habēt in vtraq; ripa omne lignum pomiferū, cui⁹ foliū nō defluit, nec fructus deficit. Cur igitur lignum illud benedictū aut timeret æstum, aut de siccitate esset sollicitum, cui aqua viua. i. spūs sancti gratia vitalem in occulto succū spei & charitatis subministrare nō desinit: vnde & foliū sit viride, id est, verbū plenū gratiæ & veritatis, & ipsum nō desinat aliquando facere fructū quocūq; opus pietatis. Et grata quidē illa verna temperies, pacis & letitię: desiderabilis illa pluuia volūtaria quā segregauit Deus hereditati suę: sed si ita necesse est, adurat omnia estus tribula-

Ezech. 47

tribulationis, veniant iterū quæcūq; propheta-
uit Hieremias de sermonibus siccitatis spiritalis, *Psalm. 22.*
nō tamen timebit, quē fiducia Domini radicauit
super aquam refectionis, id est gratiā spūs sancti:
q̄ & si manifestē nō pluat, vt sensibilibiter influat,
occultē tamē interius viuificat & fœcūdat: quan-
diu videlicet fidē propositi cōseruat, ad perseue-
randū confortat, verbumq; irreprehensibile &
op^o stabile subministrat. In huiusmodi vestra fra-
tres sit consolatio, quotiēs alias consolatōes non
modo carnales sed & spiritales subtraxerit vobis,
nō negligētia vestra, sed dispēsatio diuina. Et for-
tasse quidē illa quam diximus occulta gratia spi-
ritus irriguum est inferius, quo nimirū Axa non *Iosue 18.*
vult esse contenta, nisi adiiciatur ei & irriguum
superius: vt scilicet de excelso effundatur spiri-
tus, rorent cœli desuper, & nubes angelicę plu-
ant iustum iustificans Dei verbum, loquens ad
cor Hierusalem. Et bene illud irriguū inferius,
quod quasi ad radices fluēs nutrit humilitatem:
hoc autē superius, quod sese desuper effundens,
spe & exultatione attollit mentem. Si ergo &
vos fratres ad illud suspiratis superius irriguum,
laudabile quidem desiderium: si tamen nondum
atingitis, mittite radices interim ad humo-
rem, salubre remedium. Qui igitur non præ-
ualet capere lætitiā contemplatiuæ, meditetur
iustitiā vitæ actiuæ: inde radices affectionum
impinguet, dulcoret mores, omnemque vitæ
statum informet: quatenus in ipso nec marces-
cat aut defluat folium, id est, verbum leuiter aut
inutiliter

IN SOLEN. B. BENEDICTI

inutiliter prolatū, nec aliquando vita desinat facere fructum. Benedictum lignum cuius folium ad medicinam, fructus ad vitam: id est cuius sermo gratiam parit audienti, & opus vitam faciēti. Ad hoc pfecto vos fratres mei, quos carnalis generatio vel consuetudo secularis plantauerat in terra inaquosa, in terra falsuginis, diuina generatio vel mutatio dexteræ excelsi transplātauit super aquas refectionis, vt quibus prius propter sterilitatem parabatur securis & ignis, nūc plantati in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri floreatis & fructum faciatis, & fructus vester maneat. An non aquæ refectionis scripturæ spiritus sancti, in quibus meditamur die ac nocte? An nō aquæ refectionis, lachrymæ compunctionis, quæ nobis factæ sunt panes die ac nocte? An nō aquæ refectionis, sacramenta & subsidia nostræ salutis, quibus pascimur & potamur in altari? In his siquidem omnibus quasi quibusdam riuulis fons sapientiæ qui oritur in medio paradisi deriuatur foris, & in plateis aquas suas diuidit. Ego, inquit sapientia, quasi aqueductus exiui de paradiso. Dixi, rigabo hortum meum plantationum, inebriabo partus mei fructum. Ecce vt colligere potestis ex ipsius ore sapientiæ parietis & plantantis, hortus plantationum, est congregatio filiorū. Nunquid enim ego qui alios parere facio, ipse non pariam dicit Dominus? Ipse parit, cūm ingenerat voluntatem bonam, plantat cūm instituit vitam, rigat cūm sensibus infundit gratiam, colit cūm moribus adhibet disciplinā: audite me diuini fructus, & quasi

Aquæ refectionis scripturæ spiritus sancti.

Eccl i 24.

Isa 66.

& quasi rosa plantata super riuos aquarum fructificat. Mittite radices ad humorem vitæ, id est ad amorē terræ viuentium, non huius in qua omnia senescunt & putrescunt. Non potest arbor facere fructum qui permaneat, nisi sursum in cœlestibus radicē figat: vt quæ sursum sunt, nō quæ super terram quærat & sapiat. Quod enim Physici dicunt hominem esse arborem inuersam, eod quod nerui corporis radicem & initiū in vertice habeant, ego illo potius sensu interpretor, quod radicē amoris & desiderij figere debeat in cœlo, in summo vertice rerum capite nostro Iesu Christo. Qui illuc radices miserit, & de illo fonte eterno, succum vitæ & gratiæ iugiter biberit, non timebit cū venerit æstus iudicij: sed afferens & offerens fructū quē fecit plurimū, id remunerationis accipiet, vt floreat in æternū ante Dominū, cui est honor & gloria per oīa secula seculorum.

SERMO DE EODem III.



ILECTVS a Deo & hominibus. *Ecclesi 45.*

Paucis expressit bonum ac beatum virum, qualem nimirum constat dilectum Domini fuisse Benedictū. Paucis inquā comprehendit summā perfectionis, plenitudinem gratiæ & virtutis, simulq; beatitudinem vitæ perennis, & consolationē præsentis.

Quid

IN SOLEN. B. BENEDICTI

2. Cor. 12.

*Gratia illa
que diuina
gratie
contraria
est, repugnans
diuina.*

*Deus cum
sanctos diligat,*

Quid enim deesse potest ad æternâ felicitatem illi, qui à Deo diligitur? quid ad præsentem consolationem illi, qui ab hominibus diligitur? Illi nempe qui à Deo diligitur, & si aliquid deesse videtur, non ob aliud deest, nisi vt nihil ei desit: & suo, vt putatur, defectu perfectior sit. Nam virtus in infirmitate perficitur. Paule, ait Dominus, sufficit tibi gratia mea. Cui gratia Dei sufficit, sine damno graui imò cum lucro nō mediocri aliquid gratiæ deficit: quandoquidē ipse defectus & infirmitas virtutem perficit, & imminutio cuiusdam gratiæ, summam omniū gratiā Dei ampliorē ei & stabiliorem efficit. Lōgè fac Domine à seruis tuis gratiā illam quæcunq; sit, quæ adimere aut imminuere gratiam tui possit: vnde videlicet aliquis gloriosior in oculis suis, odiosior fiat in oculis tuis. Non est illa gratia, sed ira: illis planè quibus iratus es dari digna, quib⁹ propter dolos posuisti talia, deijciēs eos dum alleuantur, & elidens validè, dum super ventum ponuntur.

Vt igitur illa sola gratia sine qua nullus à te diligitur salua nobis maneat, omnem aliam gratiam tua nobis gratia subtrahat, aut certè gratiā vrēdi simul conferat: quatinus habentes gratiā per quā seruiamus placentes cum metu & reuerentia, de gratia muneris, gratiam promereamur remuneratoris: & quātō quis fuerit gratiosior, tantō tibi fiat gratior. Sanè mirabili arte, sed mirabiliōri charitate prudens clementia clemensq; prudētia Dei, saluti consuluit humanæ: vt cū cūctos diligat, nō tamē facili de dilectione sua certos, aut securos

securos esse sinat: nec ob aliud magnam multitudinem dulcedinis suæ timentibus se abscondat, nisi ut dum semper custodit humiles, semper habeat amabiles. Sunt enim iusti & sapiētes, & opera eorum in manu Dei, & tamen nescit homo utrum amore an odio dignus sit: sed omnia in futurum seruantur incerta. Moderator nempe omnium sic eis dispensat gratiam munerum & operum, ut ex quibusdam quæ concedit, consolationem quod digni sint amore tribuat: ex quibusdam quæ subtrahit, suspicionem ac metum quod odio digni sint iniiciat. Consolatur, cum diluculo visitat: terret, cum subito probat. Nunc mortificat, nunc viuificat: nunc deducit ad inferos, nunc reducit. Nunc pauperem facit & ditat: nunc humiliat & subleuat. Et in tanta vicissitudinum varietate tantò certius salutē nostrā operatur: quantò nos incertiores de ea, cum maiore metu ac tremore ei cooperamur.

Ait quidē Paulus, Certus sum quia nihil me separabit à charitate Dei. Sed verè Paulus hic erat, non ego aut tu, quibus oīa in futurū seruari expedit incerta. Paulus inquā hic erat qui hoc dicebat: cui nimirū & illud dicere cōpetebat, Viuo iam nō ego, viuit verò in me Christus, qui scilicet ita totus in quendā diuinū cōuersus erat affectū, ut adherēs Domino vnus cū ipso esset spūs. Vide tamē hūc ipsum Paulū qui ita modò certus erat aliās trepidū ac sollicitū & castigantē corpus suū, ne fortē cū alijs p̄dicauerit, ipse reprobus efficiatur: vide etiā colaphizari à Satana, ne fortē extollatur. In ipso itaq; Paulo iā tibi est videre quomodo

Rom. 8.

IN SOLEN. B. BENEDICTI

Certitudo nostra quæ ad horam conualefcit de spūs conſolatione, euaneſcit ſuperueniente tenta- tione. modo omnis certitudo, quæ ad horā cōfortatur & conualeſcit de ſpūs conſolatione, item infirmatur & euaneſcit ſuperueniente tentatiōe. Ego igitur miſer & ipſa indignus vita, qua conſolatione, qua fiducia me dignū eſſe amore præſumā, cui omnia & interiora & exteriora manifeſtū odium denunciant: cuius vita, non tentatio, non militia eſt aduerſus peccatum, ſed vltro nea ſeruitus peccati: qui tam mente quàm carne ſeruiſſe legi peccati: qui cum prudētia carnis & amicitiæ mundi, quæ ambæ inimicæ ſunt Deo, fœdus miſerū pepigiſſe videor: planè fœdus cum morte, pactum cum inferno: Scio tamen, ſcio qui dixit: Delebitur fœdus veſtrum cum morte, & pactum cum inferno non ſtabit: quia nimirum inimicis Dei nil amicū eſſe poterit, & non mortem, aut infernum, ſed omnem quoq; creaturam ad vltionem inimicorum zelus armauit. Quàm beatus in die illo quicunq; erit ille dilectus à Deo, quàm laudabiles quibus tūc laus erit à Deo, quibus dicet euidenti rerum argumento, Vos amici mei eſtis eo quòd feceritis quæ præcepi vobis. Et hæc quidem prima virtus, iſtud optimū gratiæ munus, præcipuus vitæ fructus: quia beatitudinis certiffimum pignus, Dei ſcilicet amicitiæ promereri, quo propitio poterit homini aliquis inimicari, ſed nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponet nocere ei. Iam verò ſi poſt hanc & per hanc ſummam omniū cauſamq; bonorum, gratiam etiam illam promerearis, vt dilectus à Deo, etiam dilectus ſis ab hominibus: quæ conſolatio

Eſa. 28.

Ioan. 15.

Amicitiam Dei mereri, præcipuus vitæ fructus.

dem prima virtus, iſtud optimū gratiæ munus, præcipuus vitæ fructus: quia beatitudinis certiffimum pignus, Dei ſcilicet amicitiæ promereri, quo propitio poterit homini aliquis inimicari, ſed nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponet nocere ei. Iam verò ſi poſt hanc & per hanc ſummam omniū cauſamq; bonorum, gratiam etiam illam promerearis, vt dilectus à Deo, etiam dilectus ſis ab hominibus: quæ conſolatio

consolatio est illa in miserijs huius vitæ? quæ re-
 quies? quod gaudium? quæ delicia? præsertim si
 didiceris fauore gratiæ humanæ nõ euanescere,
 sed exardescere ad diligendum Deum amplius,
 propter quem diligaris ab hominibus. Alioquin
 nempe si aliunde oriatur, vel aliò referatur, quid
 est fauor humanus, nisi ventus vrens, aura cor-
 rumpēs vel pestilens, latrunculus spoliās, homi-
 cidā insidians, coluber in via, cerastes in semita,
 mordens vngulas equi vt cadat ascensor eius re-
 tro? Vir quippe vanus erigitur in superbiam, &
 vanitate sensus sui velut equo præcipiti fertur in
 ruinā. Huiusmodi nimirū serpēs vulnerat & suba-
 uertit vestigia: dum veluti blandiens capiti, te-
 nera illius facit laudari primordia. Haud secus
 nisi fallor contingit homini qui antequā diligere
 sciat, diligi nimie affectat: & antequā vel sibi ipsi
 amicus esse didicerit, amicos sibi omnes concili-
 liare quærit: facit diuitias nõ cum iudicio: in me-
 dio dierum suorum derelinquet eas, & in nouis-
 simo suo erit insipiēs, cum omnes amici eius spre-
 uerint eum, pro quibus spreuit ipse Deum. Tunc
 fiet sermo qui scriptus est: Quoniam Deus dissi-
 pauit ossa eorum qui hominibus placent, confusi
 sunt quoniam Deus spreuit eos. Primò itaq; om-
 nium illa quæ prima & finis est omnium quæ-
 rendā est dilectio Dei, cuius merito digni simus
 etiam ab hominibus diligi: & cuius studio, docti
 simus, dilectione hominū qualiter nos oporteat
 vt. Cum autem rem in tuto locaueris, ita scilicet
 firmato affectu mētis, vt nõ nisi in Deo, & ppter

Consolatio magna ab hominibus diligi. Fauore humano qui in Deū nõ tendit nisi pestis lentius.

Psal. 52.

Dilectio Dei primū querenda, ob quā digni sumus ab hominibus diligi.

N Deum

IN SOLEN. B. BENEDICTI

Deum diligi velis, tunc omnino volo, ut dulcedo-
 morum tuorum, humilitas obsequiorum, hone-
 stas studiorum, ad omnem te commendet con-
 scientiam hominum, ut ultro te rapiant affectus
 omnium, testimonio prædiceris omnium: qua-
 tenus ipsa religio quæ te commendat, iusta vicis-
 situdine per te commendabilis fiat. Sic in te quo-
 que filio adoptiuo, vni geniti complebitur ora-
 tio: Pater clarifica filium tuum, ut filius tuus cla-
 rificet te: dum videntes claritatem operum tuo-
 rum glorificabunt patrem tuum. Neque id dici-
 mus quod inter dilectionem Dei, & dilectionem
 proximi sit aliquis ordo temporis, quamuis sit
 ordo affectionis. Statim quippe ab initio & illam
 oportet obseruare, & istam non negligere: quando
 nec Deus sine proximo, nec proximus sine Deo
 verè potest diligi: quauis ordinata affectio igno-
 rare non possit, quæ de duabus dilectionibus præ-
 ponderet alteri, quæ debeat alteri formam & mo-
 dum præscribere, finemque præfigere. Sed hoc di-
 cimus quod aliud est amari, aliud amari studere.
 Quod, perfectò studiū sicut periculose assumitur
 ab illis, qui plus vanitate quam charitate blandi-
 sunt: sic periculose negligitur ab his, qui plus su-
 perbia quam sapietia austeri sunt. Quam ob rem
 beatum dixerunt, qui inter vtrumque vicium, il-
 lius scilicet vanæ amicitatis & superbiæ seue-
 ritatis, mediam tenere potuit regalem viam ve-
 ritatis: id est, ut vera charitate plenus, nec per va-
 nitatem hoc studiū sectetur, nec per tumorem de-
 dignetur. Illa tamè est vis & natura veri amoris,
 ut etiam

Ioan. 17.

*Amare est
 aliud &
 aliud stu-
 dere ama-
 ri.*

Amoris ea

ut etiam

ut etiam cum non affectat, tamē efficiat se ream- *est vis, ut*
 ri: quoniam veritas etiam sine alieno suffragio fa- *cum non*
 cile se ad omnem conscientiam commendat, nisi *ambiat ac*
 dira malignę mentis obsistat nequitia, quę parata *mari, effi-*
 est sinistrē interpretari omnia. Ad hunc tamen *cit tamē ut*
 sanctum amorē conciliandum, quidā proprium *ametur.*
 donū habent ex Deo, qui exhilarās facies eorum
 in oleo, perfudit eos quodam placore ac nitore
 gratioso, omnia tam facta quam dicta ipsorū gra-
 tificans in oculis omnium: cum multi qui forsitan
 non minus imō & amplius amant, non facile ean-
 dem gratiam inueniant. Ad omnes autem perti-
 net, ut providentes bona non solum coram Deo,
 sed etiam coram hominibus, nec conscientiam
 negligant amore famę, nec famam fiducia con-
 scientiæ. Nam & de ipsa conscientia quomodo *Conscientia*
 tibi blandiri potes, nisi sine querela sis inter fra- *non est neg*
 tres, imō nisi te fratrē inter fratres in omni con- *ligenda*
 uersatione tua demonstres? Putas enim satis esse *amore sua*
 si non scandalizas: Imō scandalizas, si non ædi- *me, nec sua*
 ficas: si non testimonium habens bonum intus & *ma fiducia*
 foris, quantum ad gradum tuum attinet, Deum *cōscientia.*
 ubique glorificas. Sanē malis quibus non placet *Scandaliz*
 nisi malum, quibus iustus grauis est etiam ad vi- *et proxia*
 dendum si illis placere te non sinit, non tua neg- *mun, qui*
 ligentia, cum omnes etiam inimicos diligas, sed *non ad iusto*
 ipsorum nequitia qui retribuūt mala pro bonis, *cat.*
 odium pro dilectione tua: consolatur te qui ait, *Matth. 5.*
 Beati eritis cum vos oderint homines: & ille qui
 ait, Quia talib⁹ si placeret, Christi seruus non esset. *Galat. 1.*
 Verum illud miserabile est malum, omniq̃ue la-

DE SOLEN. B. BENEDICTI

*Veritas
odiu parit.
Cant. 1.*

Sap. 7.

chrymarum flumine plangendū, quod quidem
sepius experiuntur, non modò prelati, sed etiam
subditi, qui fratres suos æmulantur Dei æmula-
tione: quòd scilicet & boni, licet nò ex ea parte
qua sunt boni, bonos inueniuntur odisse. Ode-
runt corripientem in porta, & inimici hominis
domestici eius, ita vt etiam Paulus ingemiscat,
quòd filijs & amicis inimicus factus sit, vera di-
cens. Ergo & ipse expertus est quod Comicus
ait, Veritas odium parit: imò & illud quod spòsa
memorat: Filij matris meæ pugnaverunt contra
me, cùm ego pugnarem pro eorum salute. O vi-
ctrix regina, ô triùphatrix magnifica, pugna ne
cedas, ne discedas, aut lassescas. Noli vinci à malo
sed vince in bono malum. Sapientia vincit mali-
ciam, quantò magis infirmitatem aut impruden-
tiam? Neque contradictionem carnalium, mali-
ciam interpretari potest charitas spiritualiū: sed
magis ignorantia, aut infirmitatem qua præuerti
sunt. Quanquam nec ipsis Apostolis contumelia
visa sit, quòd mali à Domino sunt appellati. Qua-
re autem hæc ita loquor fratres mei, dilecti Deo
& mihi? Nunquid quia malum huiusmodi suspi-
cet in aliquo vestrum, contra quod mihi vel fra-
tribus meis sit pugnandum? Nunquid enim ali-
quis inuenitur in vobis, non dico rebellis, sed vel
durus & intractabilis? Loquor hæc non quia ita
in vobis sit, sed ne aliquādo sit, ne fortè aliquādo
cuiuspiā aliqua infirmitas subripiat, vt quamcun-
que correptionem charitatis, nisi cum charitate
suscipiat. Sic fiet, vt tam is qui corripit quàm ille
qui cor-

qui corripitur dilectus sit à Deo & hominibus,
& memoria vtriusque in benedictione sit: quod
meritis beati Benedicti patris nostri præstare dig-
netur ille singulariter benedictus Dei patris Je-
sus Christus, qui est Deus benedictus in secula.
Amen.

SERMO DE EO dem III.



N FIDE & lenitate ipsius san- *Eccli 45.*
ctum fecit illum. Hæc quidem de
Moyse scripta sunt, sed hodie bea-
to Benedicto nō incōgruē quan-
tū arbitror aptata sunt. Qui cū
omnium plenus fuerit spiritu san-
ctorū, multo magis de spiritu Moyſi credendus
est habuisse non minimū. Si enim Dominus de
spiritu Moyſi tulit, & posuit super omnem illam
suffraganeam turbam seniorum, qui in partem
ministerij sunt asciti, quanto magis super istum
qui plenitudinem totius ministerij, tanto verius
quātō spiritualius impleuit? Ille dux fuit exeu-
ntium de Aegypto, iste renunciantium seculo: Lea-
gislator ille, legislator & iste: Ille tantum minister
literæ occidentis, iste spiritus viuificantis: Ille ad
puritiam cordis Iudæorum dedit eis iustificatio-
nes non bonas, præter pauca moralia: iste solam
puritatem Euangelicam simplicemq; morū tra-
didit disciplinā: Ille tam multa scribit intellectu
N iij diffici-

IN SOLEN. B. BENEDICTI

difficilia, factu impossibilia, vel inutilia. iste rectis-
simam vitæ scribit regulâ, sermone luculentam,
discretionem præcipuam. Denique dux ille filio-
rum Israel quos de Aegypto eduxit, in requiem
promissam non induxit: dux noster recta via, o-
rientis tramite, tanquam signifer exercitus Mo-
nachorum hodie præcessit nos in regnū celo-
rum. Itaque nō erit absurdum, si credatur illius
adæquasse meritum, cuius inuenitur etiâ supe-
rasse ministerium. Nec incongruè videbitur ad
ipsum esse translatum, quod de illo scriptum le-
gitur, In fide & lenitate ipse sanctū fecit illum
Dominus: præsertim, cum harum præcipuè vir-
tutū fidei scilicet & lenitatis nobis ipse magister
sit, qui nequaquā aliter vixit quā docuit. Quid enim
præclarius illius fide, qui in ætate puerili mundū
sibi arridentem irridens, tam mundi quā cor-
poris sui florem quasi iam aridū calcavit, magis
appetens pro Deo mala mundi perpeti, quā in
eo temporaliter prosperari? Quid similis illi fi-
dei Moyse, quam Apostolus commendans ait,
Heb. 11. Fide Moyses grandis factus negavit se filium
filiae Pharaonis, magis eligēs affligi cum populo
Dei, quā temporalis peccati habere iucundita-
tem? Quid autem sanctius lenitate patris nostri,
qui nec malitia falsorum fratrum vitæ ipsius in-
sidiantium, & pro vino venenum propinantium
potuit exasperari? Moysen quidē scriptura præ-
dicat mitissimum fuisse super omnes homines
qui morabantur in terra, nūquid tamē exacer-
batum spiritum eius negat? Nunquid nō iratum
& valde

& valde iratum aduersus emulos memorat? Huius autem magistri nostri mansuetudinem non solum erga maledicos, sed etiam erga maleficos, mirabilem me legisse memini, iracundiam non memini. Quanquam nec in ipso sicut nec in Moyse præconio sanctæ lenitatis præiudicet, si iustus zelo contra peccantes feruet, sine quo lenitas tepor aut timiditas est. Quomodo namque lenitas illa sanctum quempiam faceret, quæ in Hely, qui alias sanctus erat, damnata est? Fratres habete pacem inter vos mandat ille magister pacificus, & lenis: prius tamen præmittit, habete salem in vobis: sciens nimirum pacis lenitatem vitiorum esse nutricem, nisi prius asperitas zeli mordacem eis insperferit salem: sicut & carnes vermescere facit clemētia temporis, nisi desiccauerit eas feruor salis. Habete itaque pacē inter vos, sed quæ sale condita sit sapientiæ: sectamini lenitatem, sed quæ ferueat fide. In fide & lenitate vos quoque sancti eritis: nec iam lenitas suspecta erit, si fides præcesserit: tantum fides non ficta, sed vera sit: fides non mortua, sed viua & viuuda sit. Non modo viua vel viuuda, sed & constās & intrepida fides erat Moyfi, de quo Paulus scribit: Fide reliquit Aegyptum, non veritus animositatem regis. Animosi sunt Reges, sed animosior est fides: quippe quæ potentiam eorum nullam esse videt, ac per hoc omnē persequentium insaniam secura quasi superior irridet: promptior & fortior ad perferendum, quam illorū furor ad persequendum. Duo sanē commendare mihi videtur Apostolus

*Lenitas
sine zelo
timiditas.*

*Lenitas
nutrix vitiorum*

Heb. 11.

Fides nullam potentiam mentuit.

DE SOLEN. B. BENEDICTI

*Fides pro-
spera &
aduersa
vincit.*

*Temporas
lia facile
contemnun-
tur, si præ
oculis ha-
beantur
æterna.*

*Fidei lyn-
cei oculi.*

in illa memorabili fide Moyſi, cui occasione le-
ſionis hodiernæ comparandam diximus fidem
ſancti patris noſtri Benedicti, ſcilicet quod idem
Moyſes qui fidei exemplū factus eſt, huius mū-
di contēpſit proſpera, nec timuit aduerſa. Proſ-
pera contemplit, maiores diuitias æſtimans the-
ſauris Aegyptiorū impropriū Chriſti: aduerſa
non timuit, non veritus ſcilicet animoſitatem re-
gis. Ad ytrunque verò cauſam Apoſtolus ſub-
iūxit, vnde ſcilicet id potuerit, vt diſcamus vnde
fides noſtra infirmetur in nobis. Maiores diui-
tias reputabat theſauris Aegyptiorū impropriū
Chriſti: aſpiciebat enim, inquit, in remuneratione
nem. Non eſt veritus animoſitatem regis, inuiſi-
bilem enim, inquit, tanquā videns ſuſtinuit. Ni-
mirum inde fit vt nihil reputentur temporalia,
ſi præ oculis habeantur æterna: inde fit vt facile
potestas contemnatur humana, ſi tanquā ſemper
imminens potestas timeatur diuina. Vtrunque
verò ſola fides agit, cuius tam viuidi, tam perſpi-
caces ſunt oculi, vt & in ea quæ futura ſunt pro-
ſpectū viuaciter porrigat, & in ea quæ licet præ-
ſentia ſint, occulta ſunt tamen, intuitum perſpi-
caciter figat. Fidei ſiquidem quam æternus ſpiri-
tus illuminat, nec mora tēporis, nec moles cor-
poris præiudicare poteſt, quin & tempus præce-
dat, præſumendo quod futurum eſt, & corpus
excedat intuendo quod ſpiritus eſt. Gemina ſci-
quidem eſt fidei virtus, contemplantis nō ea quæ
videntur, ſed quæ non videntur, ſicut gemina eſt
ratio eorum quæ non videntur. Aut enim ideo
non viden-

non videntur, quia præsentia non sunt: aut ideo,
quia & si præsentia sunt, spiritualia sunt. Præsenti-
a non sunt, bona futura quæ promittuntur: præs-
ens est, sed occultus est, quia spiritus est Deus ip-
se qui promittit vel minatur. Porro fides quia est
substantia sperandarum rerum, bona futura quæ
sperat, quasi præsentia præsument, & iam quasi sub-
sistere in corde credentis facit. Item quia est argu-
mentum non apparentium, Deum & si non ap-
pareat, præsente tamen esse sibi coarguit, probat
& conuincit. Illi qui dicebat, Qui correfuscitauit
& consedere fecit in coelestibus in Christo, fides
erat substantia rerum sperandarum: illi qui in-
uisibilem tanquam videns sustinebat, argumen-
tum erat non apparentium. Qui enim dicebat,
Spe salui facti sumus, nonne quod sperabat & per-
patientiam expectabat, iam per fidem in corde
suo subsistere demonstrabat? Et qui proponebat
Dominum in conspectu suo semper, nonne per-
suasum tenebat argumento fidei, cum præsentem
esse qui non apparebat? Huic fidei prorsus aptis-
sime congruit quod scriptura dicit: Iustus ex fide *Hab. 2.*
viuit. Hæc enim iustum facit, iustumque custodit:
& ut viuat in æternum, interim spei gaudio pascit.
Quid enim sic hominem à peccato reuocat & ser-
uat, sicut fides quæ inuisibilem tanquam videns
sustinet & obseruat? Quid ita spe gaudentem facit,
sicut fides quæ semper in remunerationem aspicit?
Nos enim fratres quare negligentes sumus, nisi
quia præsentiam iudicis nostri minus vigilanter
intendimus? Aut quare tristitia penè absorbe-

N v mur, nisi

IN SOLEN. S. BENEDICTI

Negligentia & tristitia miserabiliter laboramus.

mur, nisi quia remunerationem promissam minus fideliter cogitamus. Hæc siquidē duo mala sunt, negligentia, scilicet & tristitia, quibus miserabiliter infidelitas nostra laborat: quia videlicet aut negligimus mandata, aut si necessitate timoris à negligentia coercemur, nequaquam hylariter operamur, nec sicut fides postulat, spe remunerationis in labore consolamur. Credere, inquit, oportet accedentes ad Deum quia est, & inquirentibus se remunerator est. Si nō dissimulemus quia est, habemus custodiam timoris: si non dissimulemus, quia inquirentibus se remunerator est, habemus consolationem spei. Vbi custodia timoris, nullus locus negligentiae: vbi consolatio spei, nullus locus tristitię. Sicut autē de fide quæ Deus esse creditur, timor salubris nascitur: ita cū minime creditur aut dissimulatur, omnibus malis frena laxatur. Quare enim corrupti & abominabiles facti sunt in iniquitatibus: nisi quia dixit ille generalis insipiens in corde suo, nō est Deus: aut certē si nescire Deum non permittitur, non est timor Dei ante oculos eius, sed dolose agit in conspectu eius, dissimulans quod nouit inuitus, vt inueniatur iniquitas eius ad odiū. Merito prorsus dolosus ad odium, qui ignorantiam Dei non habet sed odiū. Quomodo enim non odit Deum cuius declinat aspectum, contemnit imperium, veller nō esse iudiciū? Ignorans quidem ignorabitur, odiens autem & odietur. Ille reprobabitur veritate iudicii, in istum vindicabitur seueritate odij. Adeo fratres periculosior est fides ficta, fides

¶ 2a, fides dolosa, quæ seipsam dissimulat, quàm fides nulla. Fides nulla, per insipientiam dicit in corde suo, nō est Deus: fides ficta per nequitiam dolosè agit in conspectu eius, & se scire Deum vel sciri à Deo dissimulat: dum sciēs & prudens, imò imprudens & impudēs sub oculis eius peccat. Nescio tamē quomodo possit dici fides, quæ fictos & dolosos potius facit quàm fideles. Scio quidē quia confessione fidei plena est terra, sed tamen audio prophetam plangentē, Quia perijt fides de terra. Putas enim filius hominis si nunc veniret, inueniret fidem super terram? Nunquid fidem reputaret hāc fidem fictam negligentium & contemnentium, qua leuius damnat cæcitatem infidelium, qua meliorem iudicat credulitatem dæmonū: Dæmones credunt & contremiscunt, homines credunt nec contremiscunt. Dæmones quem credunt verentur, homines dum quē credunt, nec timent, nec verentur, grauius de contemptu iudicantur. Non fallamur ergo fratres generali nomine fidei, quasi quæcunq; fides ad iustitiā debeat reputari, sed meminerimus doctor gentium in fide & veritate qualem diffinierit fidem, qua Deo est placendū: Fides inquiens, est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium. Hęc est fides quę per dilectionem operatur, vt suadente consciētia meritōrū, de fide spes nascatur, fidesque supponatur velut subiectum & fundamentum cui superædificentur bona æterna, quę speranda sunt. Sine ista fide impossibile est placere Deo, & cum ista impossi-

*Fides non
omnis rea
putatur ad
iustitiā.
Heb. xi.*

bile est

IN SOLEN. B. BENEDICTI

bile est displicere Deo. Oculi tui Domine respiciunt fidem, dixit ille qui iugiter in conspectu tuo stabat per fidem. Omnino iuste & merito. Prorsus debita vicissitudo, ut oculi tui Domine respiciant fidem, quia oculi mei semper ad Dominum fideliter dicentem intelligis fidem. Nos autem fratres, si tanquam sine fide sumus, Deum post dorsum nostrum ponimus, ut dissimulantes timorem eius in vanitates potius respiciamus, quo merito nos respiciendos putamus? Imò respiciemur, sed quo vultu? Vultus Domini super facientes mala: sed quam iratus, quam terribilis, quam importabilis tunc demum scietur quando fugient qui oderunt eum à facie eius? Et à facie tua Domine quo fugiet, nisi in tenebras exteriores, in illud chaos & abyssum ignis & caliginis? Tunc enim dicent montibus, cadite super nos: & collibus, operite nos: leuius estimantes absorberi voragine inferni, quam sustinere faciem Dei irati. Enimvero tunc stabunt iusti in magna constantia: tunc fides quæ modo sollicita stat in conspectu Domini, ad videndam voluntatem ipsius, secunda stabit ad videndam gloriam eius. Vigilate fratres, stete in fide. Quæ fides timore sollicitat, non potest dormire per negligentiam: quem fides in spe radicat, non potest titubare per diffidentiam. Omnia autem vestra in charitate fiat, ut fidei lenitas iungatur, quatinus de vnoquoque vestrum dicatur, In fide & lenitate ipse sanctum fecit illum Dominus: quod ipse prestat sanctus sanctorum, qui vivit & regnat per omnia secula seculorum. Amen.

IN AN-

In Annūciatio- ne Dominica sermo I.



PORTVNE nobis in
his diebus Quadragesima-
lis obseruantiz, solennitas
interuenit Dominicæ An-
nunciationis: vt qui fatigan-
tur afflictioe corporali, gau-
dio recreari valeat spiritali:

& quos humiliavit pœnitentiæ luctus, annuncia-
tio illius qui tollit peccata mundi, cōsoletur. Sic
quippe scriptum habes: Mœror in corde viri hu- *PROV. 12*
miliabit eum: & sermōe bono lētificabitur. Pro-
sus sermo bonus, sermo fidelis & omni acceptioe
dignus, Euangeliū nostræ salutis: quod angelus
missus à Deo, hodierna die Marię euangelizauit,
ac lætum de incarnatione verbi, dies diei, Ange-
lus Virgini verbum eructauit. Sermo ille dum
filium promittit virgini, veniam pollicetur reis,
redemptionem captiuis, ad apertionem clausis,
vitamque sepultis. Sermo ille dum filij regnum
prædicat, iustorum quoque gloriam annunciat:
terret inferos, lētificat cœlos: & sicut cognitione
mysteriorum, sic etiam nouitate gaudiorū per-
fectionem auxisse videtur angelorū. Quem ergo
non lētificet ille sermo bonus in afflictione sua?
quem nō cōsoletur verbum illud in humilitate
sua? Me-

IN ANNUN. DOMINICA

Psal. 118. sua? Memor esto, inquit David, verbi tui seruo
tuo, in quo mihi spem dedisti: hæc enim me con-
solata est in humilitate mea. Verbū tantū pro-
missionis acceperat, sed nullo adhuc indicio sese
effectus prodebat. Affligebat eum dilatio voti,
**fortitudo* sed consolabatur **certitudo* spei ex fide promit-
tentis. Si ergo David sola spe salutis huius quæ
nobis seruabatur, animum pascebat: quod gau-
dium, quæ delicia, rei ipsius exhibitio nobis esse
debuerat? O felicitas temporū istorū. O infelici-
Temporis tas temporū istorū. An nō felicitas temporū,
istius in- in quibus tanta plenitudo gratiæ & omniū bo-
gens & fa- norum? An nō infelicitas temporū, in quibus
licitas, & tanta ingratitudo redemptorū? Ecce enim venit
infelicitas plenitudo temporis, in quo mittit Deus filiū suū,
est. vt fiat filius hominis, hominumque saluator: &
ecce magnitudo teporis, vt saluatorē suū fasti-
diat homo peccator. Annunciatur salus perditis,
& contēnunt: promittitur vita desperatis, & neg-
ligunt: venit Deus ad homines, & nō assurgunt.
Assurgit, qui aliqua deuotiōe se erigit, vt det glo-
riam gratiæ Dei: assurgit, qui saltem cum gaudio
suscipit verbum proprię salutis. Scio autem scio,
quis est qui laudatur illo sermōe bono. Ille pro-
culdubio quem prius humiliavit pius mœror in
corde suo, mœror de peregrinatione & exilio,
mœror de vinculis mortis & periculis inferni,
qui mœrēs quotidie plāgit, quod pœccauerint
eum laquei mortis, & pericula inferni inuene-
rint. Hunc nimirū iucundus aduenit hodiernus
ille nuncius de cœlo, hic gratulabundus excipit
sermonem

sermonem de Dei filio, huic inquam lugenti & mœrenti quòd tantis sit malis præuentus & circumuentus, non sine gaudio liberator annunciat: qui oleū gaudij daturus est pro luctu, palliū laudis pro spiritu mœroris, qui videlicet finem dabit miserijs, & sine fine beatitudinē dabit miseris. Beati ergo qui lugent quoniam ipsi consolabuntur, beati quos humiliavit pius mœror in corde suo, quoniā lætificabuntur sermone bono. Bonus planē sermo & consolatorius omnipotēs sermo tuus Domine, qui hodie à regalibus sedibus venit in vterū virginis, vbi etiā sedē sibi regalem extruxit, in qua cū etiam nunc sedeat, quasi rex circumstante exercitu angelorū in cœlis, est tam mœrentiū consolator in terris. Regali siquidē ex progenie virgo electa est, generositatis quidē regię nobilis proles, sed virtutis regię nobilior indoles: vt eterno regi filio regis, materna quoque nobilitas regium honorem defenderet, & venientem à regali sede patris, regalis etiā thronus in aula virginali reginæ susciperet matris. In ipsa quippe & ex ipsa sapientia ædificauit sibi domū, in ipsa & ex ipsa parauit sibi thronū: eū in ea & ex ea corp⁹ aptauit sibi ita ad oīa perfectum & congruum, vt & domus ei sit ad quiescendum, & thronus ad iudicandū, quod primo tabernaculum ei fuit ad pugnandū, & cathedra ad docendum. Vide autē ne fortē ipsa sit sedes Dauid patris eius, quam ei dandā promittit angelus: non quòd Dauid in ea sederit: sed quòd ex femine Dauid assumpta & fabricata sit. Et certē
in sedes

IN ANNUN. DOMINICA

si sedes David nō est, tamen sedes tua Deus in se-
culum seculi ipsa est. Si solum David non est,
certē solum excelsū & eleuatū super omnem
creaturam, ipsa est. Siquis autem etiam thronum
illum grandem, quem rex Salomon sibi fecit de
ebore, corpus ipsum interpreter quod pacifi-
cus noster hodie sumpsit ex virgine, nō multum
à vero videbitur abhorrire: quandoquidem &
illud quod sequitur, & vestiuit eum auro fuluo
nimis, eidem satis corpori congruit: quod iam
Dominus decorem induit fulgoris intolerabilis.

3. Reg. 10.

Vestiuit, inquit eum, auro fuluo nimis. Prorsus
si interrogas oculos Apostolorum qui transfigu-
ratum in monte viderunt, confitebuntur aurum
nimis esse fuluum, id est fulgorem corporis esse
nimiū quem ferre nequiverunt, quamvis Nimis
pro valde ponere consuetudinis sit scripturarū.
Cætera nanque quæ prosequitur scriptura de il-
lius throni magnificentia, accommodatius, nisi
fallor, si quis tractare voluerit accipiētur de cor-
pore Christi, quod est Ecclesia. Mihi sanē magis
mirari modò libet illud ebur tam preciosum,
imò & impreciable virginalis castimonie, de
qua scilicet sedē sibi facere delegit qui sedet sup
Cherubin: hæc, inquiēs, requies mea in seculum
seculi, hic sedebo quoniam elegi eam. Quam ni-
tidum ebur illud, quod oculistanti tamque di-
uitis regis placuit, in cuius diebus argētum nul-
lius est precij: quam frigidum quod nec à con-
ceptu incaluit: quam solidum, quod nec partus
violauit: quam candidum simul & rubicundum,
quod

Psal. 94.

quod candor lucis æternę ignisque spiritus sancti, vniuersa sui plenitudine repleuit. Maria siqui *Maria vir*
dem & ipsa candidior niue, rubicundior ebore *go & mara*
antiquo, cui scilicet incomparabilem & castitas *tyr.*

candorem, & charitas seu martyrium rutilatē
prę antiquis electis noscitur contulisse ruborem.

Nam & suam ipsius animam pertrāsuit gladius,
vt mater summi virginis & martyris, esset & vir-
go ipsa & martyr, candida & rubicunda, quem-
admodum dilectus eius candidus & rubicundus.

Deniq; sicut Salomon in omnibus thesauris suis
& opibus tātis nihil habuit tam preciosum, quod
in opus illud, magnificum thronum scilicet glo-
rię suę iudicaret ebori pręferendum: sic Maria
singularem prę omnibus electis angelorum &
hominum inuenit gratiam apud Deum, vt vide-
licet Dei cōciperet & pareret filiū, atq; ex ebore
corporis eius thronum sibi virtus altissimi, sine
manibus excideret gloriosum. Gloriosus prorsus
ille thronus ac mirabilis de quo scriptura per-
hibet, quia non est factum tale opus in vniuersis
regnis: quod facile testimonijs probaretur ange-
lorū, qui semper & infatigabiliter in gloriā & de-
corē dominici corporis prospicere concupiscūt.

Quia enim in vniuersis regnis nō est tale opus fa-
ctum, quicquid factū est, flectat ei genu in omni-
bus regnis, cœlestiū, terrestriū, & infernorum.

Quām beatus igitur ille venter eburneus, vnde
caro eburnea sumpta est redemptoris, preciū
animarum, miraculum angelorū, soliū summę
maiestatis, thronusque potestatis, cibus vitę im-

O mortalis,

IN ANNUN. DOMINICA

Matth. 4. mortalis, medicina peccati, restitutio sanitatis. Quotquot, inquit, tangebant eum, sanabantur à languoribus suis, nam virtus de illo exibat & sanabat omnes. Beatus igitur vèter qui te Domine Iesu portauit, fœlix castitas vteri virginalis quæ huic operi in materiam ministravit. Fœlix prorsus fratres mei nitor illius eboris, id est, candor castitatis: cui nec aurum mundanæ sapientiæ, nec argentum eloquentiæ, nec gemmam alicuius excellentis gratiæ, nostri præfert electio Salomonis, si modo tamen castitas humilitate commendetur, quia humilitatem ancillæ suæ respexit Dominus. Proinde nanque Salomon cùm in carmine amoris castitatem prædicaret virginis, seu sponsæ videlicet seu sponsi, quia quorum spiritus vnus & caro vna, in plerisque etiam laus vna, vt castitatem illius adornatam nostramque adornandâ etiam alijs virtutibus doceret, ait: Vêter eius eburneus, distinctus saphyris. Vt autem nos ueris, quia castitas aliarum virtutum seu gratiarum sit receptaculum, apothecæ aromaticæ seu vnguentariæ nostri Salomonis non nisi domus eburneæ sunt, sicut Dauid in illo epithalamio cecinit, quod inscriptio utuli, Canticû pro dilecto, de spôso Ecclesiæ accipiendû ostendit. Myrrha, inquit, & gutta & casia à vestimentis tuis, à domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo. Corpora siquidẽ eburnea sanctorû domus Christi sunt, vestimentû Christi sunt, membra Christi sunt templû spiritus sancti sunt. Ab his vestimentis Christi, ab his domibus eburneis

Cant. 5.

Psal. 44.

eburneis spirat ei omnis fragrantia virtutum & charismatum, ex quibus delectant & honorant regem regum Filiæ apostolorum & prophetarum. Probatis & ipsi fratres mei, ex quo cœpistis possidere vnusquisque vas suum in sanctificatione & honore non passione deliderij sicut & gentes quæ ignorant Deum, quid vnguentorum, quid odoramentorum diuina largitate sit infusum, quo modo corpus quod erat sentina sordium, nunc spiritus sancti sit venerabile sacrarium, & quod erat vorago flagitiorum, nunc quædam sit apotheca gratiarum. Myrrha, inquit, & gutta & calsia à vestimentis tuis, à domibus eburneis. Inhabitamus quidē domos luteas: sed quæ materiæ qualitate sunt luteæ, continentię virtute fiunt eburneæ: ex quibus si myrrha prima spirare cœperit, per mortificationem voluptatum, consequentur & aliæ species aromaticæ, quæ multiformē virtutum gratiam spirabunt. Spirabūt autē Christo delectabiliter tanquam de vestimentis suis, spirabunt etiam longē latequē proximis, tanquam bonus odor Christi in omni loco. Horum vestimentorum Christi fragrantia statim vt sensit Isaac, Ecce, inquit, odor filij mei, sicut odor agri cui benedixit Dominus. Sed & sponsus ad spōsam, quæ etiam corpus & vestimentū ipsius est, loquitur dicens: Odor vestimentorum tuorum, sicut odor Cant. 4. thuris. Quem nimirū odorem thuris sponso gratissimum, pietas o fratres vestrorum spirabit cordium, si ita fragrans & deuota fuerit, vt dirigatur oratio vestra sicut incensum in conspectu altissimi.

O ij mi, &

IN ANNUN. DOMINICA

Cant. 4.

mi, & ascendat coram eo sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris. Et quidē myrrha fragrat ei de corporibus vestris, fragrat utique & mihi, utinā ita & thus fragret de cordibus vestris, quatenus sponsus probās vos sicut castos, sic etiā deuotos, frequētius vos sua visitatione dignetur & dicat, Ibo mihi ad montem myrrhæ, & ad collem thuris. Videtur tamen sermo iste, prophetia huius esse diei, per Salomonem olim prædicta, per Iesum hodie impleta. Hodie nanque venit in illum montem altissimum montium, montē non modo myrrhæ & thuris, sed & omnium aromatum: dico autem virginem virginum, omniū plenam gratiarum, inter quas tamen præcipuē nisi fallor redolebat sponso myrrha castitatis, & thus pietatis. Odor iste fratres mei super omnia aromata, odor iste Dominum maiestatis de excelsis attrahit & inuitat, ut inclinet cœlos & descendat, sicut probat dies hæc, cū altissimus angelo missus de cœlis ipse quoque descendit in vterum matris, qui semper manet in sinu patris, cum quo uiuit & regnat, per omnia secula seculorū. Amen.

✠ SERMO DE EODem II.

HODIE verbum caro factum est, & habitare cœpit in nobis, secundum regulam scilicet sanē fidei, quam ecclesiasticorum dogmatū diffinitio tradidit nobis. Firmissime nanque

mē nanque tenet & nullatenus dubitat Ecclesia
carnem Christi nō prius conceptam, quā a ver-
bo susceptam: sed ipsum verbum Dei carnis ac-
ceptione conceptum, carnemque verbi incarna-
tione conceptam. Hodie itaque sapientia ædifi-
care cœpit sibi domum corporis nostri in vtero
virginis, & ad ædificandam vnitatem Ecclesiæ, *Danie. 2.*
angularem lapidē de monte sine manibus absci-
dit: dum sine opere humano de corpore virginali
carnem sibi nostræ redemptionis separauit. Ab
hoc ergo die Dominus virtutum nobiscum, sus-
ceptor noster Deus Iacob: quia hodie Domini
est assumptio nostra, vt inhabitet gloria in terra
nostra. Prorsus hodie benedixisti Domine terrā
tuam, illam benedictā in mulieribus. Hodie de- *Maria ter*
disti benignitatem spiritus sancti, vt terra nostra *ra benedio*
daret benedictum fructum ventris sui, & roran- *ta.*
tibus cœlis desuper vterus virginalis saluatorem
germinaret. Maledicta terra in opere præuari-
catoris, quę etiā exercitata, spinas & tribulos ger-
minat hæredibus maledictionis: At nunc bene-
dicta terra in opere redēptoris, quę remissionē
peccatorum fructumque vitę parturit vniuersis,
& filijs Adæ præiudiciū originalis dissoluit ma-
ledicti. Prorsus benedicta illa terra quę omnino
intacta, nec fossa nec seminata, de solo rore cœli
Saluatorem germinat, & mortalibus panem an-
gelorum, alimoniam vitæ æternæ ministrat. hæc
itaque terra quia inculta erat, videbatur esse de-
serta, sed erat opimo fructu referta: videbatur
esse cretus solitudinis, sed erat Paradyssus beatis
O iij tudinis.

IN ANNUN. DOMINICA

Esa. 16.

tudinis. Planè hortus deliciarum Dei, cremus cuius campi germinauerūt gerinè odoris, planè desertum refertū, de quo agnum dominatorem terræ Pater emisit. Emitte, inquit, agnū Domine de Petra deserti, id est, abscinde Petrā de Petra, sanctum & inuiolabilem sancta & inuiolata proferat virginitas. Sanè in hoc ipso satis decenter Christi occasus ortui, sepultura respondet conceptioni: dum videlicet emittitur agnus de Petra deserti, condendus in Petra monumētū: & cuius corpori monumētū excidendum erat in Petra, ipse ab initio conceptus sui, & corpus sibi excidit de Petra, & corpori locum in Petra: sic integritatem Petræ cū de ea emitteretur non imminuens, sicut nec signatam sepulturæ Petrā, cū de ea egrederetur aperiens. Si ergo Petra Christus ut ait apostolus, nō degenerat à matre filius,

1. Cor. 10.

*Maria pe-
trā dicta.*

quando & ipsa Petræ nomine cenietur. An non rectè vocatur Petra, quæ & in amorem integritatis proposito firma, affectu solida, sensu quoq; ipso aduersus illecebram peccati tota insensibilis erat & lapidea. An non rectè Petra virginalis integritas, quæ & nihil parit per naturā sui, & cū parit, roris virtute diuini, nec admittens conceptum, nec emittens partū nouit aperiri. Sed aperiatur terra, inquit Eiaias, aperiatur, & germinet saluatorem. O sancte Eiaia qui dicis aperiatur,

Esa. 45.

Ezec. 44.

quid ergo est quod Dominus ad Ezechielē testatur, Porta hæc clausa erit, & non aperietur. An tibi reueratū fuit tantummodo consiliū fecundandæ matris, & clausum tibi fuit mysteriū clausæ

clausæ perenniter integritatis? Absit, inquit, nemo magis quam ego cōscius huius secreti. Quomodo enim me latuisset perpetuæ virginitatis mysteriū, qui tātō ante prædixi, Ecce virgo concipiet, & pariet filium? Quæris igitur quomodo dicamus: ego, aperiatur ille, non aperiatur? Non aperiatur viro, aperiatur Domino: sicut ibidem ad ipsum dicitur Ezechielem, vir non transibit per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam. Aperiatur autē Domino nō virginalis integritas corporis, quia sicut Ezechiel post prædicta subdidit. Hæc clauia erit ipsi etiam principi, sed aperiatur auris & porta cordis: quia videlicet intrauit per aurem virginis verbum incarnandū, & exiuit per clausam portā corporis incarnatum. Omnipotens nanque verbum Dei & si infirmitatem nostram suscepit, nihil tamē de sua sibi omnipotentia minuit, quo minus contra naturam carnis, & supra intelligentiam sensus nostri, corpus suum palpabile per clausa posset & integra trajicere, sicut etiam ad discipulos ingrediens ianuis clausis, oculis probauit, quod ratio nō capit. Secura igitur o virgo intemerata, o porta sanctuarij perenniter clausa, secura aperi Domino Deo Israel, qui tibi iam dudū clamat: *Aperi* *Cant. 5.*
mihi soror mea, amica mea. Nō est quod timeas integritati tuæ, Deus non nouit integra violare, sed violata cōsolidare. Si verbo Dei apta es, tum demum non modō clausa, sed & signata es. Pone *Ibidem 8.*
me, inquit, vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuū. Iesus quippe im-
O iij pres-

IN ANNUN. DOMINICA

pressus in corde, expressus in opere, sigillū planē
& munimentum est inuiolabile castitatis sponsæ
suæ, & eo ipso quo se imprimit imitationis for-
mam, imponit etiam incorruptionis custodiam.
Sit ergo o virgo fidelis auris tua aperta ad au-
diendum, & mens tua ad credendum: aure per-
cipe verbum angeli, & corde suscipe verbum al-
tissimi, & corpore concipe filium Dei. Dic & tu
o beata tam humilis quàm fidelis, dic, Dominus
aperuit mihi aurem, ego autem non contradico,
retorsum non abij, ecce ancilla Domini: præsto
sum eius voluntati, quinimo iuuabo votis si pos-
sum, fiat mihi secundum verbum tuum. Hoc di-
cere, sic suam deuotionē offerre, istud planē est
Domino pectus aperire, istud est etiā os aperire,
& spiritū attrahere. Sic profectō aperiebatur ter-
ra: vt quē rorabant cœli de super, susciperet rorē,
& germinaret saluatorē. Nobile germen, germē
iustum, germen odoris, germen Domini quod
iam est in magnificentia & gloria, cū idem fru-
ctus terræ sublimis est super omnia, id est, exal-
tatus est super cœlos Deus, & super omnem ter-
ram gloria eius. Nihil enim interest, siue germē,
siue fructum, aut florem dixeris, cū hæc omnia
imō infinita alia vnus Christus sit: res vna, sed
multiformis gratia, & virtutis vni⁹ operatio mul-
tifaria: cui si infinita nomina paupertas humani
sensus & sermonis, pro similitudine accommoda-
uerit, rei tamen implere significationem non po-
terit. Bene autem simul vocatur germen, & flos
& fructus, qui sine gradu pfectus, ab initio con-
ceptus

Esa. 4.

ceptus sui omni virtute & gratia in seipso exstitit perfectus. In nobis enim primum ipse germē est, *Christus in nobis est* cum fides in confessionem prorumpit, vel opus manifestum: postmodum flos, cum super proficientem efflorescit sanctificatio Dei quodā spe- *germē flos & fructus* stabili decore virtutum: demum autem fructus, cum beatitudo satiat hominem consummatum. Pulcherrimē sanē ac vigilatissimē, nō solū mysteria, sed & mysteriorum præsagia dispensatio præordinauit diuina, vt locus in quo terra genuit saluatorem, germē iustum, & flos de virga & radice Iesse ascendit, Nazareth, id est sanctitas, germen, flos, virgultum vocaretur: vt videlicet negocium loco, locusque negotio consona voce contestaretur, pariterque & nomē loci rem gerendam pronunciaret, & res gesta causam nominis indicaret. Ignoscite mihi fratres mei, quia qui morum vestrorum seruire debuerā instructioni, plus forsitā quā necesse erat demoratus sum in illius ineffabilis admiratione & præconio mysterij. Quid enim mirum si miror quod stupēt angeli: si prædicare gestio, quā cœli enarrant gloriā Dei? Quid mirum si me delectat, quod beatos spiritus lætificat, quod peccatores iustificat, iustosque glorificat? Nescio tamen si vlla esse possit efficacior ac suauior morū edificatio, quā huius mysterij id est, verbi incarnati, fidelis & pia consideratio. Quid enim sic hominē excitare potest ad amorē Dei, quā præueniens hominem amor Dei tam vehemens ad hominē, vt homo propter hominē velit fieri? Quid autē ita nutrit amorē proximi,

O v quā

IN ANNUN. DOMINICA

quàm similitudo & natura proximi in humanitate Dei? Nam humilitatis exemplū nec cogitari posse maius aliquod existimo, quàm exinani-
tionem Dei in formā serui, & seruitutē plusquā
serui. Castitatem porro quid æquē commendat,
sicut quod ipsa castitas saluatore germinat? Aut
fidei virtutē ac meritū quid euidentius osten-
dit, quā quod virgo Deum fide concepit, fide
oīa sibi promissa diuinitus impleri promeruit?

Luce 2.

Beata, inquit, quæ credidit: quoniam perficietur
quæ dicta sunt ei à Domino. Et vt plenius noue-
ris conceptum virginis nō solū esse mysticum,
sed & morale: quod sacramentū est ad redem-
ptionem, exemplum quoq; tibi est ad imitatio-
nem, vt manifestē euacues in te gratiā sacramēti,
si nō imiteris virtutē exempli. Quæ enim Deum
fide concepit, si fidem habeas, idem tibi promit-
tit: quod videlicet si verbū ex ore nunciij cœlestis
fideliter velis suscipere, Deū quē totus orbis nō
potest capere, possis & ipse cōcipere. Concipere

*Concipitur
in nobis
Christus.
1. Cor. 6.*

aut corde nō corpore, imō & corpore licet nō cor-
porali opere aut specie, tamen planē corpore tuo
quandoquidē iubemur ab Apostolo glorificare
Deum in corpore nostro. Attende ita-
que vt scriptum est diligenter auditui tuo, nam
fides ex auditu, auditus autem per verbum Dei:
quod tibi absque dubio euāgelizat angelus Dei
cū de timore aut amore eius tecum agit præ-
dicator fidelis, quem angelū Domini exercitū
dici & esse non est tibi tas ambigere. Quā beati
qui dicere possunt, à timore tuo Domine conce-
pimus &

pimus & parturiuimus spiritum salutis, qui nimirū nō est alius quā spiritus saluatoris, quā veritas Iesu Christi. Vide ineffabilem dignationem Dei, simulq; virtutem incomprehensibilis mysterij: qui creauit te, creatur in te: & quasi parum esset te ipsum habere patrem, vult etiam te sibi fieri matrem. Quicumque, inquit, tegerit voluntatem patris mei, ipse meus & frater & soror & mater est. O fidelis anima expande sinus, dilata affectus, ne angustieris in visceribus tuis, cōcipe quem creatura non capit. Aperi verbo Dei aurē audiendi, hęc est ad vterum cordis via spiritus concipiendi, hac ratione cōpinguntur ossa Christi, id est, virtutes in ventre pręgnantis. Gratias tibi, sancte spiritus, qui vbi vis spiras, video munere tuo nō vnā sed innumeras fidelīū animas illo generoso germine grauidas: custodi opera tua, ne aliqua illarum abortiat, conceptumq; diuinę sobolis informem aut mortuum excutiat. Vos quoque o matres beatę tam gloriosę prolis attendite vobis ipsis, donec formetur Christus in vobis: attēdite ne qua foris offensa grauior fœtū tenerū lēdat, ne quid ingeratis ventri, id est, mēti quod spiritum quem concepistis extinguat. Particite si non vobis, certē filio Dei in vobis, particite inquā nō solū ab operibus & sermonibus malis, sed etiam a cogitationibus noxijs, & delectationibus mortiferis, quę planē suffocant semen Dei. Omni itaque custodia seruare corda vestra, quia ex ipsis vita procedet: cū scilicet maturus se partus absoluet, & vita Christi quę nunc abscondita

Matt 7.

fcondita

IN ANNUN. DOMINICA

Ioan. 16.

ſcondita eſt in cordibus veſtris, manifeſtabitur in carne veſtra mortali. Concepiſtis ſpiritum ſalu- tis, ſed adhuc parturitis, nondum peperiſtis. Si labor in parturiendo, magna de ſpe partus conſolatio. Mulier cūm parit triſtitiam habet labo- ris, cūm autē pepererit puerum, iam non me- mor erit præſſuræ propter gaudium, quia natus erit homo Chriſtus in mundum exteriorem cor- poris noſtri, quod & minor mundus ſolet appel- lari. Qui enim nunc conceptus eſt Deus in ſpi- ritibus noſtris, configurans eos ſpiritui charitatis ſuæ, tunc velut homo naſcetur in corporibus; configurans ea corpori claritatis ſuæ, in qua vi- uit & gloriatur Deus per omnia ſecula ſeculo- rum. Amen.

SERMO DE EO
dem III.

Eſa. 7.



VDITE domus Dauid: Ecce dabit Dominus ipſe vobis ſignū: Ecce virgo concipiet. Hodie im- pleta eſt hæc prophetia in aurib⁹ veſtris. Hodie nanq; illud ineffa- bile conceptus virginalis mira- culū, ſicut audieratis promiſſum, ſic auditis im- pletū: Virgo hodie cōcepit. Et hoc ſignū priorib⁹ retro ſeculis inauditū, noſtris ſeculis Dominus dedit. Et ſicut Hieremias eodē ſpiritu & eodē ſen- ſu p̄dixit: Creabit Dominus nouū ſuper terrā, quia fœ-

Hiero. 31.

quia foemina circūdabit virū. Quid est enim creabit Dominus nouū sup̄ terrā, foemina circūdabit virū, quod ait Hieremias, nisi qđ ait Esaias, dabit Dominus signū, Virgo cōcipiet filiū? Hoc nēpe est circundabit, non de confortio virili suscipiet, sed de se sola intra semetipsam cōcipiet, & solius materni corporis inuolucro vestiet. Alioquin dicant si possunt Iudēi, quod signum Dominus in hoc dedit, si non virgo sed adolescentula, vt ipsi falso interpretantur, cōcepit: aut quid nouū Dominus creauit, si foemina masculum de masculo susceptum circūdedit. Potest quidem mentiri iniquitas sibi: sed in multitudine virtutis tuæ ō Domine mentientur tibi inimici tui, vt virtutem tuam dum negat prauitas & paucitas Iudęorum, gloriosius & copiosius confiteatur fides omnium populorum. Confiteatur tibi populi Deus, confiteatur tibi populi omnes: quia terra dedit fructum suum, virgo germinauit Iesum. Velint nolint Iudæi, creauit Dominus nouitatē huius miraculi, in signum eorum incredulitatis: vtique in signum cui contradicunt vsque hodie: plus, nisi fallor, pertinacia odibili, quā ignorantia miserabili. Non alienum tamen ab origine & consuetudine viperet germinis, si modo contradicunt huic signo, postquam factum est: qui ab initio in patre & rege suo impijssimo Achaz contradixerūt ne fieret. Locut⁹ est enim Dominus ad Achaz dicens: Pete tibi signum. Non petam, inquit, & non tentabo Dominum. O religio prophana, ō pietas execranda, ō humilitas dolosa. Ne tentes,

vt ais,

Esā. 7.

IN ANNUN. DOMINICA

Esai. 1.

ut ais, Dominum, contemnis Dominum. Quomodo enim tentares, si fideliter obedires? Nunc autem quomodo non grauius tentas, quem manifesto contemptu irritas? Nouimus utique, nouimus dolum & inuidiam Iudaicæ radicis, quæ & antequam Christus nasceretur, inuidere cœpit gloriæ illius. Nam & iste Achaz quantū ex vitæ & morib⁹ ipsius intelligi datur, nam cultor Idolōrum erat, non alia religione aut metu signum recusauit petere cū iuberetur, nisi ideo scilicet, ne Dominus glorificaretur. Sanè mira & planè digna ira Dei & hominum, tam dira peruersitas Iudeorum, qui cū iubentur signa quærere reuunt, non ut fingunt ne tentent, sed ne glorificent Dominū, cū nō iubentur, tentant & quærunt. Nam velut natura & vsu Iudæi signa quærunt, & si dantur calumniantur & inficiari contendūt, ut manifestè confiteatur, quia tentantes querebant: non ut crederent facienti, sed ut insultarent non facienti. O gens peccatrix, semē nequam, filij scelerati, ait Esaias, nunquid parum est vobis molestos esse hominibus, mihi & alijs prophetis, imò vniuerso generi hominum, quia molesti estis & Deo meo? Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Quia enim vos in peruersum aduersum eum inceditis, & ipse ut ait, peruersus incedet vobis. Nō vultis signum dari, ne glorificetur auctor miraculi: & ipse propter hoc dabit, ut ipse glorificetur, & vos confundamini. Fac Domine, fac mecum signum in bono, ut videant qui me oderunt, & confundantur, ait
de Iu-

de Iudæis ad patrem filius. Primum autem signum quod pater & filius operati sunt in confusionem infidelium, & gloriam fidelium, in testimonium suæ virtutis, & opus nostræ salutis, arbitror hodiernum esse virginis conceptum. Nam de ipso cum præmissum esset, dabit Dominus signum, quasi querentibus quod signum, intulit contextus prophete, verbis tamē euangelistę: Ecce virgo concipiet & pariet filium. vt planē aut consequentia vel veritate contextus careant, aut quod est probabilius mendacium Iudæorū latebram non habeat. Merito proinde cum iam generatio *Luce 11.* praua & adultera signum querit, signū nō datur ei, nisi signum Ionæ, vt videlicet qui ob peruersitatē mentis non edificantur signo virtutis, scandalizentur signo infirmitatis, induantur scilicet sepulturæ & mortis. Nam verbū crucis & mortis Iudæis qui pereunt, scandalum est: his autē qui salui fiunt, id est nobis, virtus Dei est: nec minor aut infirmior nobis est filius hominis in corde terræ, quā in confessu paternę dexteræ. Signū quippe quod illi recusauerunt, siue in profundū inferni, siue in excelsū supra, nos fide plena ac veneratione deuota suscipimus, agnoscentes filium quē concipit virgo, in profundo inferni signum nobis esse liberationis & veniē: in excelsū supra, signū & ipem exaltationis & gloriæ. Qui enim primū descendit in inferiores partes terre, vt in sanguine testamenti sui extraheret vinctos de lacu in quo nō est aqua, ipse est & qui ascendit super omnes cælos vt adimpleret omnia. Iam le-
uauit

IN ANNUN. DOMINICA

navit Dominus signum primum in patibulo crucis, postmodum in throno regni: & exaltauit signum ad populos nationū, quia contradictum est ei à populo Iudeorum, & quotidie à quatuor ventis congregat dispersos veri Israel ad hoc signum. O radix Iesse qui stas in signū populorum super quē iam cōtinent reges os suum, obstruatur etiam os loquentiū iniqua: id est, Iudeorum blasphemantiū, qui adhuc signo immaculati conceptus tui contradicunt, & neq̃ angelo Gabrieli credūt, dicēti q̃a nō est impossibile apud te omne verbū. Beata quē credidit, cui hęc ratio satisfecit, & cū quæsisset quomodo filiū susceperet, quæ non cognosceret virum, tam de integritate quā de prole securam deinceps effecit. Quicquid ergo garriat impietas infideliū, nobis concipiat & pariat virgo filium: nos quippe signum habemus in bonum, etiam matrem & filiū. Nobis planē mater tota miraculum est, quæ singulariter & sine exemplo mater est & virgo: nobis filius totus miraculum, qui non solum singulariter, sed & incōprehensibiliter Deus est & homo. Mater virgo concipiens & pariēs, signū nobis est, quia Deus est homo iste qui cōcipitur & paritur: filius diuina faciens & humana patiēs, signum nobis est, quia in Deum trāsferet hominem pro quo concipitur & paritur, etiam & patitur. Omnium tamen humanarū infirmitatum, vel iniuriarū, quas pro nobis pertulit diuina dignatio, sicut tempore primam, sic etiam humilitate ferē maximam existimo, quod in vtero concipi,

*Infirmi-
tas omniū
quas pro
nobis tulit*

cipi,

eipi, in vtero nouem mensium tempore maiestas *diuina* *bona*
 illa incircūscripta passa est cōtineri. Vbi enim sic *nitas, quā*
 se exinaniuit, aut quādo ita penitus à semetipso *sit maxie*
 defecisse visus fuit? Tāto tēpore nihil illa sapiētia *ma.*
 loq̃tur, nihil illa virtus manifestū operatur: nullo
 signo visibili maiestas quæ clausa later, proditur.
 Non sic in cruce visus est infirmus, vbi quod in-
 firmū ip̃sus fuit, statim apparuit fortius omnib⁹:
 hominib⁹: quādo & moriēs glorificat latronē, &
 expirās inspirat Centurionē, quādo horarius do-
 lor passiōis ei nō solūm cōpati facit elemēta crea-
 turarū, sed etiam contrarias fortitudines subigit
 æternorū passiōi dolorū. In vtero autem sic est
 quasi nō sit: sic oīpotens virtus vacat, quasi nihil
 possit, & verbum æternū sub silentio se premit.
 Vobis tamē fratres vobis illud silentiū verbi lo- *Silentium*
 quitur, vobis clamat, vobis vtique disciplinā si- *nos Christ⁹*
 lentij commendat. In silētio enim & spe erit for- *docuit.*
 titudo vestra, sicut Esaias promittit, qui cultū iu- *Esa. 30.*
 stitiæ silentiū diffiniuit. Sicut nanq; puer ille con-
 ceptus in vtero ad maturitatē partus sub alto &
 diuturno pfecit silentio, sic & spūm hominis di-
 sciplina silentij nutrit, format & roborat: & quan-
 tō occultius, tantō tutius & salubrius incremen-
 tum præstat. Nescit homo animalis qui non per-
 cipit quæ sunt spiritus Dei, quæ sit via spiritus, &
 quomodo cōpingantur ossa in ventre pręgnātis,
 sed non occultatum os meū à te ait sanctus Deo
 quod fecisti mihi in occulto mentis, sub secreto
 silentij. Sed nec à vobis occultatum est hoc my-
 steriū fratres mei, quorū experientia & confessio

P testis

IN ANNUN. DOMINICA

*Silētij quā
ta virtus.*

*Prone. 23.
Silētij cul-
tor quo se
solari de-
beat.*

Ecce. 44.

testis mihi est, quomodo quietus & modestus spi-
ritus sub silētio roboretur, pinguescat & floreat:
quomodo e contrario per verba velut quadā pa-
ralysi dissoluatur & defluat, quomodo macrescat
& marcescat & aridus decidat. Deniq; si in silētio
fortitudo nō esset, Salomō nequaquā dixisset: Sicut
vrbs patēs & absq; murorū ambitu: ita vir qui nō
potest in loquēdo cohibere spūm suū. Cāterū si
queris quo negotio sit occupanda mēs in silētio,
nihil tibi imponimus onerosum, comede panem
tuū, sicut & ipse Dñs cōceptus suo tibi comon-
strat ex ēplo. Quid enim ppheta de eo dixit cū
loqueretur de porta oriē tali semper clausa in do-
mo Domini, quē tamē Deū Israel admisit & emi-
sit? Princeps ipse, inqt, sedebit in ea, vt comedit
panē corā Domino. Sedebit, inquit in ea, quoniā
requiescet in ea, de qua & ipse loqtur, hæc reges
mea: sedebit in ea tanquā in throno grandi: quē,
sicut aliās dixi, Salomō rex sibi de ebore fecit. Si
attendas angustias vteri, locus prorsus angustus
est: si latitudinē cordis, thronus grandis est, pro-
pter quam etiā vterus tantæ maiestatis capax fa-
ctus est. In ea ergo princeps sedit & panē come-
dit: quia si quis, inquit, aperuerit mihi intrabo ad
eum, & cōnabo cum eo, & ipse mecū. Nō est hæc
cœna sine pane, quādo & ipse qui cōnat panis est
vitę: panis qui hodie descēdit de cœlo, & dat vitā
mundo. Sed res mira si idē est qui cōnat & quod
cōnatur: & qui comedit, ipse est panis qui ab eo
comeditur. Reuera res mira, sed res vera: quia
Christus nō alio pane q̄ se ipso pascitur. Ipse nan-
que

que totus est panis, verbū propter se, caro pro-
 pter vniōē verbi. Alioquin caro nō prodest quic-
 quam, cūm spiritus sit qui viuificat: nec in solo
 pane viuat homo, sed & in omni verbo quod pro-
 cedit de ore Dei. Omne verbum procedens de
 ore Dei vnum & vnigenitum est verbum patris,
 quod cūm simplex sit, in se tamen continet ratio-
 nem & formā omnis verbi diuini. Verbum itaq;
 pascitur de verbo, filius viuīt de seipso: quia sicut
 pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio
 vitam habere in semetipso. Alia tamē ratione, sed
 tamen ineffabili beatitudine verbo pascebatur
 anima illa, verbo ipsi in personam coniuncta: &
 incomparabili fœlicitate princeps ille sedens in
 porta virginalis vteri, panē verbi corā Domino
 comedebat. Id igitur operis tu quoque si sapi-
 silentio tuo actitabis, vt panem verbi diuini co-
 medas coram Domino, conseruans sicut Maria
 quæ de Christo dicuntur, & conferens in corde
 tuo. Hunc panē tecū Christus manducare dele-
 stabitur: & qui te pascit, ipse in te pascetur: & pa-
 nis ipse quo plus editur, plus abundabit edēdus:
 quia gratia nō minuitur vsu, sed augetur. In hoc
 præterea tibi sit exemplo Iesus conceptus & ge-
 status in vtero: vt sicut onus illud leue ac suaue
 & si grauidauit, nō tamen grauaui vterū Marię,
 sic te nō sentiat grauē aut molestū vterus Eccle-
 siæ. Grauida est o fratres Ecclesia nō sicut Maria *Ecclesia bo-*
 solo Iesu, sed sicut Rebecca Iacob & Esau: non *nis & ma-*
 solum scilicet bonis & modestis, sed etiā discolis *lis differ-*
 & indisciplinatis: quos tamē & ipsos propter no- *ta.*

DOMINICA IN RAMIS PAL.

Gen. 25.

men Iesu vel forsitan aliquod initium substantiæ eius, Ecclesiæ viscera suscipiunt & amplectuntur. Sed cum sese colliderent parvuli discordes in utero Rebeckæ, quæ prius orauerat ut conciperet, dolensq; venter suum à tribulatione malorum & dolore, penè pœnitebat quod concepisset: Si sic, inquit, futurum mihi erat, quid necesse erat concipere? Si de aliquo nostrum fratres sic conqueri contingerit viscera matris nostræ, timeo ne melius fuisset si conceptus non fuisset homo ille: nisi quod nec de talibus finit nos desperare qui etiã de lapidib⁹ suscitatur filios Abrahæ. Ipse in eis si qui tales sunt emolliat cor lapideū, ne quatiat viscera matris: ipse viscera matris cōsoletur, ne fatigetur eos qualescunq; sint portare, donec formetur in eis Christ⁹, qui perfect⁹ De⁹ perfect⁹ homo viuit & regnat, Per oīa secula seculorū. Amen.

Dominica in ramis Palmarū sermo I.

Philip. 2.



OC SENTITE IN VO-
bis qd⁹ & in CHRISTO IE-
SV, quicū in forma Dei esset.
Audiant seruus nequā & fugiti-
uus, hominē dico, qui cū esset
in natura & conditione serui &
necessitate seruiendi: seruire detrectās, arripere
sibi cona-

sibi conatus est libertatem & æqualitatē Domini sui. CHRISTVS cū in forma Dei esset, non rapina, sed natura æqualis, quia coomnipotens, coeternus & consubstantialis, exinaniens semetipsum, non solum formam serui accepit in similitudinem hominū factus, sed etiam ministeriū serui impleuit, humiliās semetipsum, & obediēs factus patri vsque ad mortem: mortem autē crucis. Sed parū tibi videatur, quod cū esset filius & coæqualis, tanquam seruus seruiuit patri, si nō & seruo suo plusquā seruus seruiuit. Factus quidem erat homo, vt seruiret creatori. Et quid iustius quā vt seruias illi à quo creatus es, sine quo nec esse potes? Et quid beati⁹ aut sublimius, quā seruire illi, cui seruire regnare est? Nō seruam, inquit, homo creatori. Ego igitur seruam tibi, inquit creator, homini. Tu recūbe: ego ministrabo, ego tibi pedes lauabo. Tu quiesce: ego languores tuos ferā, infirmitates portabo. Vtere me vt libet in omni necessitate tua, non modo vt seruo tuo, sed etiam vt iumento tuo, vt peculio tuo. Si fatigatus aut oneratus es, ego te & onus tuum feram, vt legē meam primus impleā. Alter, inquit, alterius onera portate, & sic adimplebitis legē CHRISTI. Si esuris, aut sitis, & Galat. 6. ad manū forte nihil melius habes, nec alter tibi vitulus æquē saginatus præsto est: ecce ego paratus immolari, vt carnes meas comedas, & sanguinem bibas. Nec verearis ex morte serui dāna seruitij eius pati, etiam comestus & bibitus mæbeo tibi intiger & viuus, seruamq; vt prius. Si

P iij in capti

DOMINICA IN RAMIS PAL.

in captiuitatem ductus aut venundatus es, ecce vende me, teq; precio mei vel meis pro precio redime. Vile quidem mancipium videor, sed & si noctu & clanculo distrahar quasi res furtiua: & si ab auarissimis Iudæorum sacerdotibus emar, attamen saltem triginta argenteos appreciari poterō: hoc precio mei poterit emi sepultura peregrinorum, me precio vita sepultorū. Si infirmaris, & mori times, ego moriar pro te: vt de sanguine meo tibi conficias medicamēta vitę. Euge serue bone & fidelis, seruisti reuera, seruisti in omni fide & veritate, seruisti in omni patientia & longanimitate. Non tepidē, qui exultasti vt gygas ad currendam viam obedientię: nō fidei, qui etiam animam post tot & tantos labores superimpendisti: non murmurose, qui innocens flagellatus, nec os aperuisti. Scriptum est & iustum est, seruus sciens voluntatem domini sui, & non faciēs digna, plagis vapulabit multis. Sed iste seruus, obsecro, quid non dignū fecit? Quid debuit facere & non fecit? Bene omnia fecit clamāt qui facta eius obseruabant, & surdos fecit audire & mutos loqui. Omnia fecit digna, & quomodo sic omnia passus est indigna? Dorsum posuit ad flagella, & plagis vapulauit nō paucis nec paruis, indicio sunt sanguinis riuuli qui de tot partibus profluunt corporis. Contumelia & tormēto interrogatus fuit, veluti seruus aut latro subditus quæstioni, qua confessio extorqueatur criminis. O detestabilem superbiam hominis seruire contemnentis, quæ alio exemplo nō poterat humiliari, nisi

Lucæ 12.

liari, nisi seruitute & tali seruitute Domini sui. Et
 vti nam vel sic possit, vti nam vel nunc habeat &
 referat gratiam tantæ humilitati ac bonitati. Sed
 vt mihi videtur, adhuc audio eundē Dominum
 apud Esaïam conquerentē de ingratitude ne-
 quam serui, vbi scilicet ait, Non te seruire feci in *Esa. 43.*
 oblatione, nec laborem tibi præbui in thure. Ve-
 runtamen me seruire fecisti in peccatis tuis: labo-
 rem præbuiisti mihi in iniquitatibus tuis. Et quē
 laborem? Vsq̃ue ad defatigationem, esuriam &
 sitim, sed vsque ad sudorem, sudorem autem san-
 guinis decurrentis in terram: sed vsq̃; ad mortē,
 mortē autem crucis: ne omnia modò replicem,
 quōd alapis cesus, sputis illitus, coronatus spinis,
 confixus clauis, lancea perforatus, aceto & felle
 potatus. Hoc torcular, inquit, calcaui solus, & de *Esa. 63.*
 gentibus non est vir mecum. Vos ergo qui statis
 tota die ociosi, attēdite & videte si est labor sicut
 labor meus. Vtique valde laborasti Domine mi
 in seruiendo mihi, iustum profectō & æquū esset
 vt saltem de cætero tu quiesceres, tuusq̃; tibi ser-
 uus vel ordine vicis suæ, quia ad ipsum ventū est,
 seruiret. Quām magno Domine mi inutile tibi
 meū redemisti seruitium, qui nec ministerijs in-
 diges Angelorum. Quām suauī & benigna arte *Arte mira*
 pietatis recuperasti tibi & subdidisti contuma- *nos Christ⁹*
 ciam seruū, vincens in bono malum, humilitate *sibi concia-*
 confundens superbū, beneficijs obruēs ingra- *liant.*
 tum. Sic nimirum sic sapientia vincit maliciā,
 sic carbones ignis congelsisti super caput contu-
 macis, quibus accenderetur ad pœnitentiā. Vi-

DONINICA IN RAMIS PAL.

Philip. 2.

cisti ergo Domine, vicisti rebellem: ecce do-
nus in vincula tua, iugoq; tuo suppono seruicem.
Dignare tantum vt tibi seruiam, patere vt tibi la-
borem. Accipe me seruū sempiternū licet inutilē,
nisi nunc quoq; mecū sit & mecum laboret gra-
tia tua, semper & præueniens & subsequēs. Præ-
uenit nos, prior ostendēs humilitatis & patiētiae
exēpla: subsequatur nos adiuuans, vt inuitemur
ostensa. Quā felices nos, o fratres mei, si super
hoc audiam⁹ consiliū Apostoli. Hoc sentite, inq̃r,
in vobis quod & in CHRISTO IESV præ-
cessisse cognoscitis: hoc est vt nullus extollatur
supra se, sed magis humilietur infra se, qui maior
est, alijs seruiat: si quis lēditur, prior satisfaciāt, in
cōmune vsq; ad mortē quisq; obediat. His vesti-
gijs fratres sequamur Christū in forma serui, &
perueniemus ad eū videndū in forma Dei, in qua
viuit & regnat, Per oīa secula seculorum. Amen.

SERMO DE EO
dem II.



AVLVVS doctor noster in fi-
de & veritate si hodie veniret ad
nos, puto quia non iudicaret se
aliquid scire inter nos, nisi Iesum
Christum, & hunc crucifixum.
In his siquidem diebus in quib⁹
anniuersaria dominicæ passionis & crucis me-
moriam solēniter celebratur, nihil vt arbitror con-
uenien-

venientius prædicatur, quàm IESVS CHRI-
STVS, & hic crucifixus. Nam & alijs quibusli-
bet diebus quid vnquâ potest prædicari fidelius?
quid audiri salubrius? quid cogitari fructuosius?
Quid enim tam pium fideiû affectibus, tam me-
dicinale moribus, quid sic interficit peccata, cru-
cifixit vitia, virtutes nutrit & roborat, sicut cru-
cifixi memoria? Loquatur ergo Paulus inter per-
fectos sapientiam in ~~in~~ mysterio absconditâ, mi-
hi cuius imperfectum videt etiam oculi hominû,
loquatur CHRISTVM crucifixum: his qui-
dem qui pereunt stultitiam, mihi autè & his qui
salui sunt planè Dei virtutem Deiq; sapientiam,
mihi prorsus altissimam atque nobilissimâ phi-
losophiâ, per quam infatuatâ irrideo tam mundâ
quàm carnis sapientiam. Quàm perfectû me pu-
tarem, quàm prouectum in sapientia, si crucifixi
vel idoneus inuenirer auditor, qui factus est no-
bis à Deo non solùm sapientia, sed & iustitia, &
sanctificatio, & redemptio. Omnino si CHRI-
STO confixus es cruci, sapiens es, iustus es, san-
ctus es, liber es. An nò sapiens, qui cum CHRI-
STO exaltatus à terra, sapit & quærit quæ sur-
sum sunt? An non iustus, in quo destructum est
corpus peccati, vt. vltra non seruiat peccato? An
non sanctus, qui semetipsum exhibuit hostiam
viuam, sanctam, placentē Deo? An nò verè liber,
quem filius liberauit, qui de libertate conscientie
illam liberam vocem filij sibi assumere confidit,
Venit princeps mundi huius & in me non habet
quicquam? Verè apud crucifixum misericordia,

*Crucis ma-
moriana
bil salu-
bris.*

DOMINICA IN RAMIS PAL.

Abſcōdita & copioſa apud eum redemption, qui ſic redimit
erat Chri- Iſrael ex omnibus iniquitatib⁹ eius, vt principis
ſti fortitus huius mundi calūnias liber euadere mereatur.
do in cruce. Sciāt tamē ſciāt quicunq; eſt ille beatus & verus
 Iſrael, non eſſe hoc ſuæ meritū perfectionis, ſed
 diuinæ gratiam redemptionis: non ſcilicet quia
 peccatū non fecerit, nec inuentus ſit dolus in ore
 eius, ſed quia ille cuius hæc laus propria eſt, Chri-
 ſtus ſcilicet, purgauit peccata illius, qui per ſan-
 guinem crucis ſuæ purgationem peccatorum fa-
 ciens, ibi maximē triūphauit principatus & po-
 teſtates, vbi abſcōdita erat fortitudo eius. Erat
 abſcōdita, ſed non perdita: quia crucifixus ex
 infirmitate, viuebat ex virtute Dei. Erat occulta,
 ſed non erat ocioſa: quia crucifixus, veterem ho-
 minem in omnibus electis crucifigebat. Crucifi-
 gebat mundum Paulo, & Paulum mundo. Cru-
 cifigebat deniq; tyrannum huius mundi, omnēſq;
 que ſuæ antiquæ miniſtros tyrannidis. Hamum
 planē ſub eſca recōdebat, qui ſub infirmitate for-
 titudinē abſcondebat. Ac perinde ille homicida
 ab initio ſitiens humanum ſanguinem dum ir-
 ruit in infirmitatem, incidit in virtutem: morſus
 dum momordit, confixus dum crucifixum ap-
 petiuit. Gratias cruci & clauis tuis Domine Ieſu:
 video perforatas fauces illius Draconis, vt tran-
 ſeant liberati, qui etiam fuerant abſorpti. Et qui
 fiduciam habebat quod influeret Iordanis in os
 eius, fluuium quem abſorbuerat, ſe non minima
 ex parte p̄diſſe frendēs irāſcitur. De illis quipa-
 pe faucibus nobis iſti venerunt, qui hodie nobis-
 cum nobis-

cum nobilem ac magnificum crucis decantât triumphum. Planè de ore leonis liberati sunt, imò de ventre inferi regressi sunt. Irascatur ergo, fre-
mat & tabescat de cuius dentibus præda crepta est: nam Christus gratulabitur quòd non gratis crucifixus est. Lugeat infernus & mors: ille mortuus, ista mortua: nam cœli lætantur & exultat Ecclesia, quòd Christus infernū spoliat, mortemq; triumphat. In conuersione nempe istorū triumphum suę renouauit passionis, crucisq; miracula fuscitauit. In istis crux reffloruit, hunc fructum preciosum nunc etiā arbor vitæ tulit. Quomodo nanque maneret sterilis, quæ non modò rigata, sed etiam viuifica facta est sanguine Saluatoris? Iam non pœnitebit eum, quòd in palmam ascendit: cū tantum tamq; preciosum de ea fructū collegerit. Hunc quippe fructum inter alios præuidebat, cū volūtarius ad crucem properabat. Dixi, inquit, ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius. Paucis absoluit, quòd voluntate passus sit, quòd passione exaltatus sit, quòd non sine fructu nostro passus sit. In dicto siquidē proponentis, arbitrij libertas, in ascensu triumphi, sublimitas, in apprehensione fructuum, redemptionis monstratur utilitas. Vos insensati Iudæi clamabatis quidem, Ascende calue, ascende calue: sed ordinationi eius liberrimæ qui spontē decreuerat ascendere, nō potuit furor vester nisi seruire. Ascendit crucē voluntate, triūphauit in ea potestate, fructum ex ea collegit pietate. Vno igitur opere & Iudæum irrisit, & diabolu perem-
nit, atq;

Cant. 7.

DOMINICA IN RAMIS PAL.

Galat. 6.

Crucis signū in fronte gestantes, Christi regis sui more expi- mere deo- bent.

mit, atq; Christianum redemit. Dicāt igitur qui redēpti sunt à Domino, quos redemit de manu inimici, & de regionibus congregauit eos: dicāt inquā voce & mente magistri sui: Mihi autē absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, in qua sapientia Dei nequam infatuauit consilium, iustitia destruxit eum qui habebat mortis imperium, misericordia liberauit captiuū. Merito prorsus o sapiēs gloriator gloriaberis in cruce Domini tui, cuius leberatus es triumpho, uinificatus mysterio, iustificatus exēplo, munitus signo. Sic enim iustæ rationis consequentia postulare videtur, vt exemplum crucifixi ad iustificationem suam imprimant moribus qui signum crucis ad munimen sui imprimunt frontibus: & illius uiuant lege, cuius armantur fide. Alioquin fallaciter miles caractere regis gestat, cuius præscriptum non obseruat: nec rectē se tueretur illius signo, cuius non pariet imperio. Vide autē quāta peruersitas & abusio sit, vt inimici crucis Christi tueri se velint signo crucis Christi: dū securi sunt, luxuriantes contra pietatem crucis, cū in periculo deprehēsi sunt, volētes esse defensi virtute crucis. Planē inimici crucis Christi sunt, amici ventris sui, quorum Deus venter est, quorū Idolum nummus est. Sciat tamē sciat quicunq; nūc fallaciter sibi crucifixi signū vsurpat, nequaquā se illo tueri poterit in illa necessitate suprema, quādo iam nō arbitrio hominum, sed iudicio & ministerio angelorū signabitur Thau super frons virorum gementium & dolentium, vt discernantur

nantur saluandi à multitudine perditorū. Sed & Paulus, dux ille strenuus militiæ Christianæ, fidelis signifer, qui stigmata crucifixi in corpore suo portabat, nunc quoque in hac verorū ac falsorum militum confusione, signo utiq; notabili istos ab illis discernebat, cum dicebat, Qui autē *Galat. 5.* sunt Christi, carnem crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Cauta prorsus & circumspecta diffinitio, ac velut formam referens de ipsius veritatis exemplari impresso. Nimirum quod impressum retinet vita, signantius exprimit lingua. Qui ergo Christo confixus erat cruci, de propriæ conscientiæ exemplari formā istā protulit: qui Christi sunt carnem crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Nouerat vir multæ scientiæ & experiētiæ, multos esse aut fore, qui crucifigerent concupiscentias carnis, & sinerent regnare vitia cordis, multos è cōtrario qui fiducia pacati cordis, negligerent mortificationē corporis. Sed sicut nonnunquam diuina iustitia spiritū sibi nō subditum, contumelijs carnis licet afflicte flagellat: sic plerunq; corpus incrassatū recalcitrat, & noua bella spiritui iam quieto resuscitat. Eapropter vult Apostolus vt crucifixis tam vitijs interioribus quā concupiscētijs exteriorib⁹, munda-
 mus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctimoniam in timore Dei. Timor nempe Dei, velut quidam clauī in altum *Timor dei*
 defixi cruci nos configit, & velut affixos iustitiæ *cruci nos*
 continere nos facit, vt non exhibeamus membra *affigit.*
 nostra arma iniquitati sed iustitiæ, & licet sit, nō
 tamen

DOMINICA IN RAMIS PAL.

Psal. 118.

*Cur Deus
in cruce
mori vo-
luit.*

*In cruce
perseveren-
tiam.*

tamen regnet peccatum in nostro mortali corpore. Sanè quòd timor Dei compareretur confidentibus clavis, sententia est Dauid qui ait, Con-
fide quasi à clavis timore tuo carnes meas: à iudicijs enim tuis timui. Si ergo nondum preuales vt vitia extinguas, in hoc vult te esse sollicitum Apostolus, vt crucifigas. Non ait, qui Christi sunt extinxerunt vitia, quæ virtus paucorū est, sed crucifixerunt, sine quo salus nulla est: sicut præter crucem Christi, nulla redemptio est. Ideo nanq; redemptor ad operandam & informandam salutem nostram hunc passionis modū elegit, vt redemptionis sacramentū, iustificationis fieret exemplū: vt quomodo videlicet ipse similitudinem carnis peccati crucifixit, de peccato damnās peccatū: sic nos, imò multò magis nos, carnē peccatricē cruciemus crucifigētes, & si nondū extinguētes in ea pētū. Hic recordari potes, quā Moyses ad placandam iram Domini crucifixit principes Israelitarū: Iosue autem qui & Iesus, quinque reges Amorreorum. Si enim iram Domini quam meruimus placare volumus, necesse est vt per continentiam nos cruciemus. Iesus autem noster qui nos in terram promissionis introducturus est, vitia quinque sensuum in nobis crucifiget, imò & extinguet, si tamē sicut est iussū pendamus in patibulis vsque ad vesp̄um. Huius enim perseverantiæ in cruce Saluator de seipso tibi curauit exemplum præbere, nolens consummari nisi in cruce, aut deponi de cruce ante vesp̄um tam diei ipsius quàm vitæ suæ. Balaam dicebat,

cebat, Moriatur anima mea morte iustorum: tu Num. 23.
 verò dic, moriatur aīa mea morte Domini mei
 Iesu Christi, & fiant nouissima mea illius similia:
 vt videlicet in voluntaria cruce pēnitentię pen-
 dere merear vsq; ad terminū vitę. Quāta fiducia
 de cruce filij, in manus patris spiritū commēda-
 bis, imò quāta clemētia pater suscipiet quē filius
 commendabit. Filius nāque qui causam animę
 tuę semel in cruce suscepit agendā, nunquā eam
 agere desinit, apud patrē semper interpellās. Va-
 de securus, vade gratulabundus, vbi iudex tuus
 est aduocatus tuus: tantūmodo signū crucis mor-
 tificationē Iesu quā circūfers in corpore tuo, se-
 cum deferat spiritus tuus. Dominus autē glorię
 qui pro vobis fratres passus, in vobis est glori-
 ficatus, dignetur vos habere socios passiōis & glo-
 rię, & gloriantes in cruce glorificet in ea claritate
 quā habuit apud patrē ante initiū seculorū, & ha-
 biturus est per omnia secula seculorum. Amen.

SERMO DE EO dem III.



DESIDERIVM animę nostrę
 speciosum forma prę filiis homi-
 num, Hodierna dies alia & alia
 specie representat filijs hominū:
 in vtraq; quidem specie specta-
 bilem, in vtraque desiderabilem
 & amabilem, quia in vtraque saluatore hominum:
 licet

DOMINICA IN RAMIS PAL.

licet in vna sublimem, in altera humilem: in ista gloriosum, in illa erumnosum: in ista venerabilē, in illa miserabilē, si tamen dici debet miserabilis: qui miseriam suscepit dignatione miserationis: vt de miseria sua misericordiā præstaret miseris, non vt qui sibi beatitudo est, misericordiā à miseris flagitaret. Vbi ergo miserandus videri voluit, ibi & amplius venerandus fuit. Sed sustinui, inquit, qui simul contristaretur & non fuit, qui consolaretur & non inueni. Ita qui miseratione omnium miser ultro fieri voluit, apud nullū ferē miserationē inuenit. Sed vbi, inquires, spectatur hodie sublimis & gloriosus. vbi humilis & erumnosus? Vide processionem, audi passionē. In his euidenter agnoscere poteris, quod Esaias ait, Sicut obstupuerunt super eum multi, sic inglorius erit inter viros vultus eius, & forma eius inter filios hominū. Obstupuerūt multi de gloria quasi victoris triumphātis, cū Hierusalem ingrederetur, sed nihilominus paulō post vultus eius inglorius & despectus, cū pateretur. Cū intrasset Hierosolymā, ait Matthæus, commota est vn̄uersa ciuitas, dicēs, quis est hic? Cū pateretur, confusio faciem eius operuit, vt verē cōfiteatur, Exaltatus, humiliatus sum & cōfusus. Sanē quod hic se cōfusum dicit, intelligendū est scđm hoc quod alibi dicit de facie corporis: Operuit confusio faciem meam, quia non pepercerunt in faciem meam spueri, velare, percutere & illudere. Nam facies mentis quæ semper & immobiliter habitabat cū vultu Dei: nec turbari poterat, nec con-

Psal. 68.

Esa. 52.

Matth. 21.

Psal. 68.

nec cōfundi. Dominus Deus, inquit, auxiliator *Esa. 50.*
meus, ideo non sum confusus: ideo posui faciem
meam, vt petram durissimam, & scio quoniam
non confundar: In te enim Domine speraui, non
confundar in æternū. Confundantur potius illi,
& non confundar ego: paueant illi, & nō paueam
ego. Si igitur, vt dicere cœperam, hodierna pro-
cessio simul & passio considerentur, ibi planè via
datur Iesus sublimis & gloriosus, hic humilis, &
erumnosus. In processione nanque cogitatur in
honore regis, in passiōe spectatur in pœna latro-
nis: ibi circundant eum gloria & honor, hic non
est ei species neque decor. Ibi gaudiū hominum
& gloria plebis: hic obprobriū hominū & abie-
ctio plebis. Ibi acclamatur ei, Osanna filio Da-
uid, benedictus qui venit rex Israel: hic inclama-
tur, Reus mortis, sublanaturq; quòd se fecerit
regē Israel. Ibi cum ramis palmarū ei occurritur,
hic alapis palmarū in faciem cēditur, & arundine
percutitur caput. Ibi sublimatur p̄conijs, hic
saturatur obprobrijs. Ibi certatim ei via sterni-
tur vestimētis alienis, hic exuitur pprijs. Ibi tan-
quam rex iustus & saluator suscipitur in Hieru-
salem, hic tanquā reus & seductor damnatus eij-
citur de Hierusalē. Ibi sedet in asino stipatus ob-
sequijs, hic pendet in ligno crucis cēsus flagellis,
confossus plagis, & desertus à suis. Ecce plusquā
Iob hic, cui tam repentē, tam vehemēter omnia
semel in contrarium Deus vertit. Sufferentiam
Iob audistis, finem Domini vidistis, ait Iacobus *Iaco. 5.*
apostolus. Ac si diceret: Sufferentia Iob fuit vsq;

Q ad re-

DOMINICA IN RAMIS PAL.

Psal. 21.

ad reditum substantię, sufferentia Domini vsque
ad exitū vitę. Iob quidē patienter dāna sustinuit,
sed mox in terra sua duplicia suscepit: Christus
vt erat repletus miserijs, & inebriatus amaritu-
dinibus, ē mundo migravit. Itaq; plusquam Iob
hic, qui de summa, vt putabatur, repentē semel
quę diectus fœlicitate, in extrema atq; grauissi-
ma finem sortitus est calamitate. Et hæc, inquit,
passus sum absq; iniquitate manus meę, cū ha-
berem mundas ad Deum preces, etiam pro cru-
cifixoribus, vt eis ignosceret. An non igitur rectē
videbitur velut turbatus tanta tamq; subdita re-
rum mutatione filius patrē interpellare illa voce
lachrymabili, Deus Deus meus, vt quid dereli-
quisti me? Certē manus tuę fecerunt me, in vo-
luntate tua deduxisti me, & paulò antē cum glo-
ria suscepisti me, & sic repētē præcipitas me? Ele-
uans allisisti me, quasi super ventum ponēs me,
& elidens validē. Exaltatus, humiliatus sum, &
confusus: & eò confusus amplius, quò tūc exal-
tatus sublimius, & nunc humiliatus profundius,
quanto quē tunc altius eleuatus, tantò nunc gra-
uius allisus. Iustum quidem est ô pater, vt qui se
exaltat humilietur, & elatio indigni digna deie-
ctione puniatur: sed nunquid similiter iustū erat,
vt quem tu exaltaueras, ita confusibiliter humi-
liaretur? & gloriam quam humilitas meruerat,
tanta sequeretur contumelia? Nunquid mihi pa-
ter iratus fuisti, quòd vel ad horam hic me passus
sum honorari? & illud etiam perexiguum quod
susceperam de bonis huius mundi, exoluendum
erat antè

erat ante mortem in pœnis & cōtumelijs, ne pos-
tea mihi posset obijci, Fili suscepisti bona in vita
tua? At qui tuus erat honor ô pater honor erat
filij: quia qui non honorificat filium, non hono-
rificat patrem qui misit illum. Ecce exprobrant
inimici tui Domine, exprobrant commutationē
Christi tui: ecce gloriantur in contumelia mea &
tormento, qui paulò antè cruciabātur gloria &
honore meo. Nunquid non respondebo expro-
brantibus mihi verbum, vt sciant aliquando quā
dispensatione commutaueris Christum tuū, quo
consilio sic exaltaueris mox humiliandū, vel hu-
miliauēris exaltatum? Respondebis ô Domine
Iesu, respondebis exprobrantibus tibi verbum,
& verbum asperum: quando scilicet respondebit
eis in facie arrogantia eorum, & arguet eos ma-
litia eorum, videntes in quē transfixerunt. Cū
enim videbunt filium hominis venientem in nu-
bibus cum potestate magna & maiestate, tūc sciēt
quod modò nolunt credere: quia illius postero-
ris gloriæ, prior hodiernæ processions gloria,
mysteriū fuerit & figura: sicut passionis contu-
melia, meritum & causa. Tunc intelligent, quia
Christus nunc honoratus, nūc ludibrio habitus,
his qui pereunt positus est in offensionē & ruinā:
sicut his qui salui fiunt in resurrectionem & do-
ctrinam: quia quod sacramentū est redemptionis,
simul est etiam documentum ædificationis.
Sic enim postulabant merita superbiorum, vt eo-
rum superbiæ, & honor Christi fieret scandalū,
& mors præcipitiū: atq; inuidiam iustè pereun-

Q ij tium

DOMINICA IN RAMIS PAL.

atque gloria triumphantis excitaret, morientis
pœna damnaret. Cæterum his qui salui fiunt, id
est nobis, omnino erat necessarium vt Christus
transiens viâ huius mûdi, sequentibus se viâ ster-
neret: sicut per aduersa, sic etiâ per prospera: atq;
prius exaltatus, post humiliatus, suo traderet ex-
emplo qualiter modestia seruaretur in honore,
patientia teneretur in cõtumelia vel dolore. Ipse
siquidem honorari potuit, inflari nō potuit: vo-
luit despici, sed nesciuit aut pusillanimitate deiici
aut ira morderi. Sicut enim aliàs cūm vellēt eum
rapere & facere regem, ipse refugiens & in soli-
tudinē ad orandū aufugiens, docuit exemplo
quod dixit & verbo, ne scilicet velimus in subli-
me tolli: sic modò quadam alia dispensatione sese
ad horam honorari patiens, & nihilominus soli-
tam quia inolitam mansuetudinē in honore reti-
nens, formā dabat his qui in potestate sunt con-
stituti. Qui tamen vt discerent ea discretionē per
humilitatē esse mansueti, vt cūm res postularēt
per zelū essent erecti, Domin⁹ statim in templū
regressus, flagello facto de funiculis vindicat in-
iurias patris, magisq; eligit furorem sacerdotum
in necem suā prouocare, quā templi prophana-
tionē dissimulare. Vt igitur fratres inoffenso
pede tam per prospera quā per aduersa sequa-
mur ducem nostrum, in processione considere-
mus eum in honore positum, in pāssione contu-
melijs & doloribus subditum: nunquam tamen
in tanta mutatione rerum mente mutatum, & si
vultum immutauerit coram Abimelech, id est,
regno

*Mansue-
tudo quum
opus est,
zelū habe-
re debet.*

regno Iudæorum: quam commutationē Christi
cæcitas exprobrat perfidorum. De immutabili
mentis illius statu dicit scriptura: Homo sanctus *Ecclesi 37.*

in sapientia permanet sicut Sol, nam stultus vt
Luna mutatur. De mutatione faciei illius dicit
alia scriptura: Sapientia hominis lucet in vultu *Ecclesi 8.*

eius, & potentissimus faciem illius immutabit.
Prorsus in vultu tuo Domine Iesu qualitercun-
que videatur immutatus, siue gloriosus, siue in-
glorius appareat, lucet sapiētia: de vultu tuo can-
dor lucis eternę radiat, vtinam super nos lumen
vultus tui Domine effulgeat. Vultus tuus sicut in
tristibus sic in lætis sibi modestus, serenus, ac to-
tus arcano lumine cordis floridus: iustis hilaris
& iucundus, pœnitentibus clemens & pius. In-
tendite fratres in vultū serenissimi regis. In hy-
laritate vultus regis vita, dicit scriptura, & clemen-
tia eius quasi imber ferotinus. Aspexit in protho-

Proue. 16.

plastum, & mox animatus spirauit in vitam: re-
spexit Petrum, & mox compūctus respirauit ad
veniam. Mox enim vt Dominus respexit Petrū,
Petrus de clementia pijsissimi vultus suscepit im-
brem ferotinum, lachrymas post peccatum. Lux

*Aspectus
in nos Dei
clementiæ
signum.*

vultus tui o lumen æternum, teste Iob, nō cadit
in terram. Quæ enim communicatio luci ad te-
nebras? Animæ potius fideiū radios illius exci-
piant, aspiretq; bene conscis lætitiā, saucijs me-
dicinam. Planè vultus triumphantis Iesu qualis
spectandus est in processione, lætitiā & iubilus:
vultus morientis, qualis cogitandus est in pas-
sione, medela & salus. Qui timet te videbūt me,

Iob 25.

Qui inquit,

DOMINICA IN RAMIS PAL.

inquit, & letabuntur: qui dolent se videbūt me,
& sanabūtur, sicut aspiciētes in serpentem ligno
suspensum post venena serpentū. Te igitur gau-
dium & salus omnium seu videant sedentem in
asino seu pendentem in ligno, vota benedicant
omnium: vt cū viderint regnantem in throno,
laudent in secula seculorū, cui laus & honor per
omnia secula seculorum. Amen.

SERMO DE EO
dem III.

Matth. 21.



OSANNA filio Dauid: Vox
exultatiōis & salutis, vox gaudij
& pietatis, vox fidei & amoris, ag-
gratulans aduentui redemptoris
atque prophetico protestans gau-
dio desideratæ lætitiæ redemp-
tiōis. Osanna filio Dauid, ait hæc familia Dauid,
salus est illi qui factus est ex semine Dauid, vt sal-
uet eos qui sunt ex fide Dauid. Laudate, laudate
pueri Dominum, laudate nomē Domini: dicite,
Sit nomen Domini benedictum, sit benedictus
qui venit in nomine Domini. Ex ore istorū per-
fecisti o pater laudem filij tui, vt incorrupto sim-
plicitis innocentie testimonio, destruas inimicum
& ultor: m: Phariseum & Pontificem: non vl-
torem diuinæ legis, vt mentita est iniquitas sibi,
sed inuidiæ propriæ & furoris. Sed conuertetur
dolor eius in caput eius, & in verticem ipsius inia-
quitas

quitas eius descendet. Deus laudem meā neta- *Psal. 108.*
 cueris, ait filius patri: quia os peccatoris & os do-
 losi super me apertū est. Nihil potest negare pa-
 ter filio, non tacuit laudē filij vox paterna sepius
 audita de cœlo, nō tacuerunt creature, in tot sig-
 nis & prodigijs confitentes eum auctore nature:
 Angeli testati sunt, demones confessi sunt, ordo
 Propheticus atque Apostolicus voce cōsona sibi
 inuicē respondentes cecinerunt: sed ista demum
 perfecta laus est, quam ætas illa non tacet, quæ
 nescit adulari, & quod spiritus suggerit, dissimu-
 lare non potest. Quid enim manifestius, quàm
 quod illa ætas à semetipsa, tam noua, tam insolita,
 nec dicebat, nec faciebat: sed spiritus sanct⁹ more
 suo per ora simplicium loquens, testimoniū filio
 perhibebat. Planè spiritus sanctus conscius ope-
 rum Christi, quid ille scilicet Christi pareret ad-
 uentus, quid gaudij, quid salutis humano generi
 passio parturiret illius, præfaga in cordibus inno-
 centium gaudia suscitabat, atq; ad prophetandā
 mundo redemptionis lætitiā, simpliciū sibi mini-
 steria sensuū assumebat. Istos nēpe spūs alloque-
 batur, vocans ea quæ nō sunt, tanq̃ ea quæ sunt:
 cum per prophetā suū dicebat, quæ hodie per ip-
 sum facta sunt: mandabat tūc, & nūc creata sunt.
 Exulta, inquit, satis filia Sion, iubila filia Hieru- *Zacha. 9.*
 salē: ecce rex tuus veniet tibi iustus & Saluator,
 ipse pauper & ascendēs super Asinū. Iam, inquit,
 exulta satis quæ hactenus in tristitia fuisti, iam
 te satia, si tamen satiari potes gaudio ineffabili,
 quod sic desiderium satiat, vt amplius & scēlicius

Quij esurire

DOMINICA IN RAMIS PAL.

- esurire faciat. Repleatur gaudio os tuum, & lingua tua exultatione: cui si nec os, nec lingua possunt sufficere, supereffundat iubilus, quod non capit affectus. Iubila, inquit, filia Hierusalē: Beatus enim populus, qui scit iubilatiōē. Planē beatus populus, qui scit & intelligit hodie sibi ineffabiliter gaudendum, quando ei Saluator aduenit promissus & expectatus ab initio seculorū. Beatus populus, qui tota alacritate deuotionis hodie ei occurrit, corde simul & voce acclamans ei: Benedictus qui venit in nomine Domini. In hoc si quidem benedictus est à patre filius, vt qui benedixerit ei, benedictionibus repleatur, nō vna scilicet sed pluribus: quia nimirū benedictio quam Domino quis fœneratur, cum multiplici fœnore redit in caput eius. Væ genti peccatrici, semini nequam, filijs sceleratis, ad quos spectat illa Domini querela terribilis: Non fœneraui, nec fœnerauit mihi quisquam: omnes maledicunt mihi dicit Dominus. Iudaicus populus hic erat, qui in ratione dati & accepti cōmunicare contēpsit Domino, nolens benedicere benedictū Dei patris, vt benediceretur ab eo, sed Samaritanum, dæmoniacum vocans, insanis atque blasphemis Deum infestabatur maledictis. Maledicent illi, inq̃r, & tu benedices: nam ab eis benedictio quā noluerūt, elongabitur ad gentes. Benedicite gentes Deum nostrum, quoniam qui prior fœnerauit vobis, pręueniēs vos in benedictionibus dulcedinis, fœnerantibus sibi multiplices restituet vlturas in benedictionib⁹ beatitudinis. Ego tamē vereor

vereor fratres mei, ne fortè hæc tempora teporis
 & infidelitatis tangat illa querela Domini, Non
 fceneraui nec fcenerauit mihi quisquam: quia vi-
 delicet gratia offertur, nec suscipitur: promitti-
 tur merces operi, & vix aliquis spe illius opera-
 tur. Dominus siquidè fcenerat, cum talèta seruis
 partiens scientiam verbi vel gratiam cuiuslibet
 muneris ad lucrum prærogat: Domino autè fcē-
 nerat iucūdus homo qui miseretur & cōmodat,
 dicente scriptura: Fceneratur Domino, qui mi- *Proue. 19.*
 sericordiam facit proximo. Imò Domino fcē-
 natur quicunq; spe diuinæ retributionis aliquid
 operatur, vt dicere possit: Scio cui credidi, scio
 qui dixit, Si quid erogaueris, cum rediero red-
 dam tibi. Nos autem aut nihil, aut ita timidè ge-
 lideque fceneramus ei, quasi debitor infidelis sit,
 aut nō habeat vndè reddere possit. Magnæ pror-
 fus fidei illa plebs Hebrea, quæ cum eum paupe-
 rem sedentem super asellum, & ipsum non suum
 cerneret: omni tamen securitate ac deuotione
 fcenerabat ei, non solùm vestimēta sua in via ster-
 nens, sed & se totam quantū poterat honori eius
 impendens. Sed nimirum intelligebat super ege- *Signū salo*
 num & pauperem, quippe cui propheta signum *uatoris*
 dederat intelligendi saluatorē, ipsam qua super- *paupertas.*
 bis viluit paupertatem. Ipse, inquit, pauper & as- *Zaccha. 1.*
 cendens super asinum. Hoc inquit signo poteris
 venientem agnoscere regem tuum, cuius regnū
 non est de hoc mundo: quia scilicet ad debellan-
 dam superbiam quæ regnat in mundo, pauper-
 tatem seu humilitatē euangelizabit, sicut verbo,

Q v sic etiam

DOMINICA IN RAMIS PAL.

fic etiam exemplo. Beata itaq; filia Sion quę humilitatem tanquam armaturā cœlestem, tanquā insigne regiū didicit venerari. Misera mater eius infidelis illa Sion, quę cū humilem vidit, fastidiuit: cū honoratum vidit, inuidit. Beata in quā Ecclesia primitiuorū, quę tam fideliter agnouit tamque gratanter suscepit venientem in nomine Domini: infœlix synagoga perfidorū, quę venturum in suo nomine parata suscipere, illius qui patris gloriā quærebat, cruciabatur honore. Increpa, inquit, discipulos tuos: quasi scilicet aut illorum simplicitas posset adulari, aut ipsius puritas vanis posset laudib⁹ delectari. Dico, inquit, vobis, quia si hi tacuerint, lapides clamabūt, quia Deus laudem meam non tacebit. Prorsus ita est, si tacuerint, lapides clamabūt: quia tempore passionis isti tacuerūt, sed lapides clamauerūt: dum in testimonium & laudem morientis, petrę scissę sunt, & monumenta aperta sunt. Prorsus ita est, quia modo tacente synagoga, iuxta illud: Nocte tacere feci matrem tuam, clamat viuis ex lapidibus gentium Ecclesia, clamant planē lapides, de quibus suscitauit filios Abrahę qui potens est. Laudate, inquit propheta, habitatores petrę, de vertice montium clamabunt. Ecce hodie in foraminibus petrę, in cauernis macerię vox colūbę resonat, clamantis & dicentis: Osanna filio Dauid: benediēt⁹ qui venit in nomine Domini. Benediētus, qui vt nidificare possem in foraminib⁹ petrę, manus pedes & latus perforari sibi tulit, & se mihi torum aperuit, vt ingrediar in locū tabernaculi

Luca 19.

Osee 4.

Isa. 42.

Cant. 2.

*Christus
se totū per
forari passus
est, vt*

FRANCISCVS
STYCHMANN

bernaculi admirabilis, & protegar in abscondito *in eo nidi-*
 tabernaculi sui. Oportunum quidem petra refu- *ficaremus.*
 gium erinacijs, sed & habitatio grata columbis,
 cuius foramina tot vulneribus toto ferè corpore
 parentia, & veniam offerunt reis, & gratiā con-
 ferūt iustis. Imò verò tuta habitatio fratres mei,
 turrisq; fortitudinis à facie inimici, pia ac sedula
 meditatione Christi Domini vulneribus immo-
 rari, fideq; & amore crucifixi, animam ab estu
 carnis, à turbine seculi, ab impetu diaboli contu-
 tari. Super omnem gloriā mundi protectio hu-
 ius tabernaculi, videlicet in vmbraculum dici ab
 æstu, in securitatem & absconsionem à turbine
 & à pluuia: vt per diem sol non vrat te prosperi-
 tate, nec turbo moueat in tempestate. Ingredere *Esa 2.*
 igitur in petram ô homo, abscondere in fossa hu-
 mo, ponetibilatibulum in crucifixo. Ipse petra *Christus*
 ipse humus, quia Deus & homo: ipse petra fora- *petra fora-*
 ta, humus fossa, quia foderunt manus meas, in- *ta.*
 quit, & pedes meos. Abscondere, inquit, in fossa
 humo à facie timoris Domini: hoc est ab ipso,
 fuge ad ipsum: à iudice, ad redemptorem: à tri-
 bunali, ad crucem: à iusto, ad misericordem: ab
 eo qui percutiet terrā virga oris sui, ad eum qui
 inebriat terram stillicidijs cruoris sui: ab eo qui
 spiritu labiorum suorum interficiet impium, ad
 eum qui sanguine vulnerum suorū viuificat ex-
 tinctum. Quinimo non ad ipsum tantum, sed in
 ipsum fuge, in foramine petræ ingredi, in fossa
 humo abscondere, in ipsis manib; foratis, in fossa
 latere te ipsum reconde. Vulnus enim in latere
 Christi,

*Ostium in
latere arcæ
typus erat
vulneris
in latere
Christi.*

Christi, quid nisi ostiū in latere Arcæ saluandis à facie diluuij? Illud tamen figura, istud autē veritas: vbi non modò seruatur vita mortalis, sed recuperatur immortalis. Ideo quippe latus suū pius & misericors aperuit, vt cruor te vulneris viuificet, calor corporis refocillet, spiritus cordis quasi patenti & libero meatu aspiret. Ibi tuto latebis donec transeat iniquitas: ibi nequaquā agebis, eò quòd in visceribus Christi nō frigescat charitas: ibi delicijs afflues, ibi gaudijs superefflues: vel tunc demum cū à vita capitis tua & omnium membrorū corporis eius absorpta fuerit mortalitas. Meritò itaque columba Christi, formosa Christi, cui ipsi vulnera tam tuta quā grata ad nidificandū parauēre foramina, laudes ipsius utique hodie letabunda decantat, ac de passionis memoria vel imitatione, de vulnerum meditatione, tanquam de foraminibus petreæ vox suaui in auribus sponsi resonat. Ceterum vobis fratres mei qui tantò interius nidificastis in foraminibus petreæ, quātò secretius viuitis in Christo, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo, vobis incumbit omnino, vt quorū est conuersatio quietior & tutior, sit etiam deuotio dulcior, præsertim hodie, cū & recursus tēporis, & representatio operis, velut interesse nos facit illi gaudio solenni quo susceptus est in Hierusalem, benedictus qui venit in nomine Domini. Ipsi benedictio, regnū & imperiū, qui est super omnia Deus benedictus in secula seculorum. Amen.

¶ DE RE-

De Resurrectio

ne Domini sermo I.



VNCIAVERVNT Ia *Gene. 45.*

cob dicentes, Ioseph viuit.

Quo audito, reuixit spiritus

eius & ait, Sufficit mihi, si Io

seph filius meus viuit. Vadā

& videbo eum, antequā mo

riar. Dicetis forsītā mihi, Be

ne, sed quid ad rem? Quid de Ioseph ad gaudiū

huius diei, ad gloriā resurrectiōis Christi? Pas-

cha est, & tu iterū apponis quadragesimalia? Ag-

num paschalē esurit anima nostra, cui se per tam

longa pręparauit ieiunia. Ardens est cor nostrū

in nobis de Iesu, Iesum desideramus: si nondum

meremur ipsum videre, vel de ipso audire. Iesum

non Ioseph esurimus: Saluatorem, non somnia-

torem: dominatorem cœli, non Aegypti: nō qui

pauit ventres, sed qui pascit mentes, sed esurien-

tes. In hoc saltē nos adiuuet sermo tuus, vt quē

esurimus, ampli⁹ esuriam⁹. Legimus enim: Beati *Matth. 5.*

qui esuriunt, quoniam ipsi saturabuntur. Cū

audimus, magis esurim⁹. Nam & qui epulas com-

• mendat, famē irritat. Si de Iesu audierimus, au-

ditui nostro dabitur gaudium & lætitia, & exul-

tabunt ossa humiliata. Humiliata sunt ossa no-

stra quadragesimali afflictione & luctu, magis au-

tem dolore

DE RESURRECT. DOMINI

tem dolore passionis eius: sed exultabūt nuncio
resurrectiōis eius. Cur ergo tuum Ioseph nobis
ingeris, cū prater Iesum quicquid loquaris nō
sapiat nobis: præsertim hodie, cū Paschalis ag-
nus comeditur, cū Pascha nostrū immolatus
est Christus? Ouum siue nucem apposui vobis
fratres: frangite testā, & inuenietis elcam. Ioseph
discuriatur, & Iesus inuenietur agnus Paschalis
quē esuritis: qui tantō dulcius comeditur, quātō
latens abstrusus, & studiosius quæritur, & diffi-
cilius inuenitur. Dicitis mihi, qd Ioseph ad Chris-
tum? quid historia quam proposui ad diē istū?
Multum per omnem modum. Historiam recor-
damini, & vltro sese vobis reuelabit pietas my-
sterij, si modō Iesum interpretem habeatis, qui
hodieque resurgens, de occidente litera loqui-
tur suis in via, & aperit scripturas. Quis enim in
omnibus Patriarchis & Prophetis manifestius
aut signantius quā Ioseph figuram exprimit
saluatoris? & vt breuiter summam perstringam
secundum illud, Da occasionem sapienti, & ad-
deretur ei sapientia, si cum fide ac pietate cogi-
temus interpretationem nominis eius, deinde
quod præ cæteris fratribus pulchra facie & de-
corus aspectu: quod innocens actu, prudens in-
tellectu, quod venditus à suis, suos à morte rede-
mit: quod prius humiliatus vsque ad ergastulū,
& sic exaltatus vsque ad solium: quod denique
pro merito operis sui nouo nomine appellatus
est inter gentes, Saluator mundi: si hæc omnia in
quā piē ac fideliter cogitemus, nōne incūctanter
agnosci-

*Ioseph
Christi ty-
pū expre-
ssit.*

agnoscimus, quàm verè sit à Domino dictum, In *Osee 13.*
manibus prophetarū assimilatus sum? Iam ve-
rò si veniamus ad verba illa quæ de historia pro-
posui, puto quia nō tam expositione indigebūt,
quàm admirationem & gaudiū mouebūt: quòd
videlicet tam euidenter resurrectio Christi testifi-
ficata sit à lege & prophetis, & historia vetus tam
propriè noua sacramenta loquatur. vt cum pro-
phetia legitur, penè Euangelium mutatis dun-
taxat nominibus audiri videatur. Nunciauerūt
(inquit) Iacob dicentes, Ioseph viuit. Quid aliud
hic intelligere possum: nisi nunciauerūt Aposto-
lis dicentes, Iesus viuit? Iacob nanq; nihil aliud
quàm Apostolorum chorum intelligo, nec ab-
surdè vt arbitror: non solū quia de Iacob orti
sunt, non solū quia de Iacob Israel facti sunt,
cū de lucta actiue ad visionē & requiē cōtem-
platiue transierūt: sed etiā quia patres sunt mul-
titudinis credentiū, id est, verorum Israelitarū,
sicut ille carnalium. Sicut ille, sic isti suum Ioseph
cū putarent perisse, inconsolabiliter doluerūt:
cū audissent viuere, difficulter & tardè credi-
derunt: cū cognouissent, ineffabiliter gauisi
sunt. Nunciauerūt (inquit) Iacob dicētes: Ioseph
viuit. Quo audito Iacob, quasi de graui somno
euigilans, tamen nō credebat eis. Quasi alijs ver-
bis mihi videtur dictum, quod in Euangelio le-
gitur scriptum. Illa vadens, haud dubium, quin
Maria Magdalene nunciauit his qui cum ea fue-
rant lugentibus & flentibus: & illi audiētes quia
viueret & visus esset ab ea, nō crediderunt. Post
hæc osten-

DE RESURRECT. DOMINI

- hec ostensus est duobus in via, & illi exeuntes nunciauerunt ceteris, nec illis crediderunt. Item apud
- Lucæ 24.* Lucam: Et regressæ à monumento, nunciauerunt hec omnia illis vndecim, & ceteris omnibus: & visa sunt ante illos sicut deliramentum verba ista, & non credebant illis: nimirum quia euigilabāt de graui somno tædij & desperatiōis. Cum autē, inquit, vidisset Iacob vniuersa quæ Ioseph miserat ei, reuixit spūs eius, & ait, Sufficit mihi, si Ioseph filius meus viuit. Vadam & videbo eum, antequam moriar. Sic utiq; in Apostolis parum profecerunt verba, donec acceperunt munera. Nam & ipse Iesus cū se eis præsente exhibuit, nō tam persuasit ostensione corporis, quā aspiciatōe muneris. Scitis quia cū venit ad eos ianuīs clausis & stetit in medio eorum, illi conturbati & conterriti existimabāt se spiritum videre.
- Ios. 20.* Cū autē insufflauit in eos dicens, Accipite spiritum sanctū, vel cū cælitus misit eundem spiritum, sed aliud donum, hæc utique dona, resurrectionis & vitæ indubitata testimonia fuerunt
- 1. Ioan. 5.* & argumenta. Spiritus enim est qui testificatur apud sanctorū corda & per eorum ora, quoniam Christus est veritas, vera resurrectio & vita. Ideo & Apostoli qui prius dubitabant etiam post intuitū corporis viuētis, post gustum spiritus viuificantis, virtute magna reddebant testimoniū resurrectionis. Adeo plus est corde Iesum concipere, quā oculis videre, vel auribus de ipso audire, tantoque potentior est operatio spiritus apud sensus hominis interioris, quā corporaliū

lium

lium apud sensus exterioris. Quis enim dubitati relinquatur locus: ubi qui testificatur & cui testificatur, vnus fuerit spiritus? Si vnus spiritus & vnus sensus, parq; consensus. Tunc ergo verè sicut de Iacob legitur, Reuixit eorū spiritus; qui iam propemodum luctu erat extinctus, imò desperatione sepultus. Tunc (nisi fallor) quisq; eorū dicebat sibi, Sufficit mihi quòd Ioseph meus viuit: quia viuere mihi Christus est, & mori lucrū. Vadam igitur in Galileam, in montem ubi constituit nobis Iesus, & videbo eū, & adorabo antequam moriar, vt postea nunquam moriar: quia omnis qui videt filium & credit in eum, habet vitam æternā, vt etiam si mortuus fuerit viuat. Nunc ergo fratres mei quid vobis testatur gaudium cordis vestri de amore Christi? Puto equidem (an rectè vos videritis) quoniā si vnquam amastis Iesum, seu viuū, seu mortuum, siue rediuuū: hodie cum tam crebrò in Ecclesia personāt & consonāt nūcij resurrectionis, cor vestrū in vobis gloriatur sibi & dicit: Nunciauerunt mihi dicētes, Iesus Deus meus viuit. Quo audito reuixit spiritus meus qui dormitabat præ tēdio, vel languebat tepore, aut nimia deficiebat pusillanimitate. Nam & de morte suscitāt criminosos iucunda vox huius scēlicis nūcij. Alioquin certè desperandus est & obliuione sepeliendus, quem Iesus regrediens ab inferis, in infimo reliquit inferni. In hoc sanè noueris quòd spiritus tuus plene in Christo reuixerit, si quod sequitur ex sentētia dixerit: Sufficit mihi, si Iesus viuit. O vocem si-

Argumentum spiritus

R delem

DE RESURRECT. DOMINI

*ius vita in
nobis.*

delem & planè dignâ amicis Iesu: ô castissimura affectû qui sic loquitur: Sufficit mihi si Iesus uiuit. Si uiuit uiuo, cûm de ipso pèdeat anima mea: imò ipse sit vita mea, ipse sufficientia mea. Quid enim mihi deesse poterit, si Iesus uiuit? Imò desint oîa alia, nihil interest mea, dummodo Iesus uiuat. Ipse ergo, si placet ei, desim mihi: sufficit mihi, dummodo uiuat ipse uel sibi. Cûm sic amor Christi totum absorbuerit affectum hominis, ut negligens & immemor sui non nisi Iesum Christum, & ea quæ sunt Iesu Christi sentiat: tunc demû, ut arbitror, perfecta est in eo charitas. Huic utique qui sic affectus est, non est onerosa paupertas, iste non sentit iniurias, ridet opprobria, contemnit damna, mortem lucrum deputat, imò nec mori se putat, cûm magis de morte ad vitam transire se sciat, & fidenter dicat: Vadâ & videbo eû, anteq̃ moriar. Nostamen fratres mei licet nò simus tâte nobis puritatis conscij, eamus nihilominus eam^{us} videre Iesum in montē Galileæ celestis, ubi cõstituit nobis. Eûdo crescet affect^{us}, & saltē perueniendo perficietur. Eundo, via prius arta & difficilis dilatatur, & virtus infirmis augetur. Ut enim nec Iacob, nec aliquis de domo Iacob se excusaret à via, præter alia munera, missa sunt pauperi seni sumptus & uehicula, ne quis uidelicet aut paupertatem causaretur, aut infirmitatem. Caro Christi est viaticû, spûs uehiculû. Ipse est cib^{us}, ipse currus Israel & auriga ei^{us}. Cûm peruenieris, tua sunt optima quæq̃, non Aegypti, sed coeli, in optimo loco regni, tu^{us} Ioseph tibi re-
quem

*Caro Christi
est viaticum.*

molle

1

quem

quem prouidit. Qui prius misit angelos, mulieres, & Apostolos resurrectionis suae testes & nuncios: nunc ipse clamat ex caelo: Ecce ego quem mortui lugebatis hoc triduo, mortui quidem sui propter vos, sed ecce uiuo, & data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Venite ad me qui laboratis fame, & ego reficiam vos. Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod uobis paraui. Qui uos eo uocat, ipse producat, ubi cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat, per omnia secula seculorum. Amen.

SERMO DE EO dem II.



BEATVS & sanctus, qui habet *Apoc. 20.*
partem in resurrectione prima.
Ego sum, inquit Iesus, resurre- *Ioan. II.*
ctio & vita. Ipse utique resurrectio
prima, ipse & resurrectio secunda.
Resurgens quippe a mortuis pri-
mitiae dormientium Christus, & sacramento suae
resurrectionis operatus est nobis resurrectionem
primam, & exemplo eiusdem suae resurrectionis
operabitur nobis secundam. Prima enim est animarum,
cum eas sibi conresuscitat in nouitatem
vitae: secunda erit corporum, cum reformabit cor-
pus humilitatis nostrae configuratum corpori claritatis
suae. Recte igitur resurrectionem & vitam
Christus se proficitur: quandoquidem per ipsum *Christi re-*
& in ipsum resurgimus, ut secundum ipsum & *surrectione*
R ij apud

DE RESURRECT. DOMINI

*nem & vie
tam cur se
esse dixe-
rit.*

apud ipsum viuamus: nunc quidem secundum ipsum in sanctitate & iustitia, postmodum apud ipsum in beatitudine & gloria. Porro sicut resurrectio prima capitis nostri Domini Iesu Christi, causa est & argumentum secundæ resurrectionis, quæ erit totius ipsius corporis: sic vniciq; nostrum prima resurrectio animæ qua reuiuiscit à morte peccati, argumentum est & causa secundæ suæ resurrectionis, qua corpus liberabitur non modò à corruptione mortis, sed etià ab omni corruptibilitate mortalitatis. Quod enim hæc illius argumentum & causa sit, Apollolus euidenter ostendit vbi ait: Si spiritus Christi habitat in vobis, qui suscitauit Christum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem spiritum eius in vobis. Bene igitur dicitur, Beatus & sanctus qui habet partem in prima resurrectione: sanctus videlicet propter primam quam iam adeptus est per innouationem animæ, beatus propter secundam quam feliciter expectat in corporis restitutione. Denique vnde beatus sit, eadē aperit scriptura cum subdit: In his, scilicet qui partem habent in prima resurrectione, mors secunda non habet potestatem, etiam si prima mors visa est ad horam in eis exercuisse dominationem. Regnauit quippe mors ab Adam vsque ad Moysen, etiam in eos qui non peccauerunt in similitudinem prauaricationis Adæ. Sed sicut Christus, sic & Christianus resurgens à mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Itaque in beatis illis nec mors secunda potestatem habebit, nec prima

Rom. 8.

Apoc. 20.

prima

prima potestatem quam ad tempus habuit retinebit: quoniam mors vna Christi, vtramque nostram triumphauit: ab ista liberāsimos captos, ab illa capiendos: ne videlicet in illam incidamus, nec in ista remaneamus. Quam vera quam pia simul & magnifica illa morientis comminatio, Ero mors tua o mors. Quam pulchrè & mirificè triumphauit, qui mortem pro omnibus gustans, tam suam quam omnium omnimodam mortē absorbit. Prorsus absorpta est mors in victoriam. Securus insultet ei quicumque beatus ille est, qui partem habet in resurrectione prima. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Victa es quæ omnia vincebas: sed & arma perdidisti in quibus cōfidebas. Vbi enim est stimulus tuus? Stimulus mortis peccatum, quod semel pungens humani radicem generis, in totam propaginem inmedicabile mortis venenū diffudit, dicente Apostolo: quia per vnum hominem peccatum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertrāsuit. Victrix ergo regnabat mors ab Adā primo etiam vsque ad secundum: quoniam sicut originali lege tenebatur vniuersum genus humanum vinculo peccati, sic etiam debito moriendi. Deo aut gratias qui dedit nobis victoriam tam peccati quam mortis: vtique per Dominum Iesum Christum, qui prorsus à peccato immunis, ac per hoc liber à debito mortis: hāc tamē vltro pro nobis exoluit moriens, & peccato nos absoluit resurgens. Christus enim, ait Apostolus, mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustifi-

Christi mors vtrāque nostrā mortē deuicit.

Osee 13.

1. Cor. 15.

Rom. 5.

Rom. 4.

R iij catio-

DE RESURRECTIONE DOMINI

cationem nostram. Moriens nanque delictorum nostrorum pendit pœnam, & resurgēs iustificationis perpetuæ nobis cōdidit formā & causam: vt quomodo videlicet Christus resurgēs à mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur: sic Christianus conresurgēs Christo iam nō peccet ad mortem, nec ei peccatum vltra dominetur. Hic est ille beatus & sanctus, qui partē habet in resurrectione prima, in quem nec potestatem habebit mors secunda: sed absorbebitur in victoriam resurrectionis Christi etiam mors prima. Hic est qui non solū agnouit, sed etiam apprehendit virtutem resurrectionis Christi, & societatem passionis illius: configuratus morti eius, vt occurrat ad resurrectionem ex mortuis. Non errabat Apostolus qui ob lucrum istud omnia quæ ei lucra fuerant, non solū detrimenta reputabat, sed etiam velut stercora arbitrabatur, tantum vt Christo inueniretur configuratus sicut morti, sic & resurrectioni ipsius. Lucrosum omnino commerciū, contemnere ea quæ te deterunt & polluant, vt lucrifacias Christum: imō si opus sit, non solū tua, sed & teipsum superimpendere, vt cum tanto fœnore immortalitatis & gloriæ, teipsum merearis recipere. Quis enim ambigat lucrosum esse cōmerciū seminare corpus mortale, animale, ignobile, vt surgat immortale, spirituale, gloriosum? mori mūdo, vt possis dicere, mihi viuere Christus est & mori lucrum? O cupidi qui immoramini studio lucrandi, cur non discitis artem lucrandi? Cur non vilia, imō detrimenta

*Lucrosum
negotium,
contēnere
mundū, vt
lucrifacias
Christū.*

detrimenta & stercora cōtemnitis, vt Christum
 lucrificatiis: Quare appenditis argentum non in
 panibus: & laborem vestrum, non in saturitate?
 Vt video, vilior est vobis argēto vestro panis ille
 qui de cœlo descendit, & dat vitam mundo. Sed
 non potest scire* quanti sit, qui non vult gustare
 qualis sit. Vtinam atiarus vel ipse sibi preciosior
 esset pecunia sua, nec amore illius venalē expo-
 neret animam suam, proijceretq; in vita sua in-
 tima sua. Prudens ille negociator dignusq; rerū
 æstimator, Paulū nimirum loquor, qui nec ani-
 mam suam, id est, animalem sensualemq; vitam
 preciosiorem facit scipso: id est, spiritu suo, quo
 videlicet connexus inhærebat Christo, paratus
 animam perdere, vt in vitam æternam posset eam
 custodire. Quia igitur qui diuitias habent, diffi-
 cile intrant in regnum cœlorum, & qui thesauri-
 zant argentum, citius appendunt illud in inani-
 bus quàm in panib⁹: in azymis dico synceritatis
 & veritatis, cum quibus hodie comedendus est
 agnus paschalis: vos beati pauperes, filij pauperis
 crucifixi, vos inquam qui nō habetis argentum,
 properate emite & comedite. Prōptius omnino
 & facilius emunt bonum illud, nihil habentes,
 quàm multa possidētes. Cū deest facultas, suf-
 ficit ad emendum bona voluntas: qua plerumq;
 sunt ditiores, qui reb⁹ sunt pauperiores. Hos ni-
 mirū rectē inuitat scriptura, Venite, emite absq;

Esa. 55.

quantus

Acto. 20.

Esa. 55.

R. iij. commer-

DE RESURRECTIONE DOMINI

commercij? Ne recules ingratus quod tam gratis offertur, imò ne perdas ingrata voluntate, quod iam merueras beata paupertate. Agnosce quanti *Lucri mas* lucri sit, non habere partem in ruina mundi, ut *gni est non* partem habeas in resurrectione Christi. Intellige *habere par* quantæ felicitàtis sit nō inebriari luxu & furore *tem in rui-* *na mūdi.* seculi, ut cum Christo nouū bibas vinū in regno patris sui. Inuitat ipse agnus paschalis amicos ad delicias corporis & sanguinis sui, Comedite in- *Cant. 5.* *Eucharis-* *stia virt^o.* *Heb 3.* *Negligen-* *tibus gras-* *tiam Dei* *quid mali* *oueniat.* *Iob 20.* *Qui enim post acceptam gratiam ad vomitū suū reuertitur, diuitias quas deuorauit euomet, & de ventre illius extrahet eas Deus. Vel certè panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus: quia nimirū gratia percepta in pœnam conscientia vertitur, cum sanguis testamēti quo sanctificatus quis fuerat, pollutus ducitur, & spiritui gratia cōtumelia irrogatur. Hoc contēptu & nausea diuitia deuorata euomuntur, ita ut de eo, qui eiusmodi est, dicatur: Non remansit quicquā de cibo eius, & propterea nihil permanebit de bonis illius. Videat autem ne fortè & ipsum terribilis ista perstringat sententia, qui cum per gratiā deuotiōis repletus fuerit in bonis domus Dei, nihil prorsus ex illis in memoria retinet, ut*

memo-

memoriam abundantiae suauitatis diuinæ nobis eructuet: non saporem in sermonibus tanquam gustum in faucibus, non virtutē in moribus tanquam succum in visceribus: sed dum statim totū per inania vel scurrilia reuomit, gratiā sibi in irā conuertit. Prorsus in iram, & iram terribilem, si in ipsum cadit quod scriptura contexuit dicens: Cum satiatus fuerit artabitur, & irruet in eum *Ibidem.* omnis dolor. Utinam impleatur venter eius, ut immittat in eum iram furoris sui, & pluat super eum bellum suum. Iustum quippe sentiebat atque consentiebat propheta, ut pluat super peccatores bellum, qui ad pluuiam voluntaria, fructū pacis non retulerunt: sitque ignis, sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum, qui calicē Domini indignē biberunt. Terra enim sæpē veniens *Hebr. 6.* tem bibens imbrem, & generans herbam oportunam, accipit benedictionem: proferens autem spinas & tribulos, reproba est, & maledicto proxima, cuius consummatio in combustionē. Confidimus autem de vobis fratres meliora, & viciniora salutē, tantum gratiæ Dei grati sitis: & sicut in nouā creaturā trāslati estis paschalibus mysterijs, sic in nouitate vitæ semp ambuletis. Qui ergo participes Christi effecti estis societate fidei, participatiōe sacramēti, cōmunionē spiritus sancti: initiū substantiæ eius nō solum vsq; ad finē firmum retinere, sed etiā sedulō augere nitimini: ut qui per tot munerum prærogatiuas partē habere cœpistis in resurrectione prima, tanti fiducia pignoris in die agnitiōis cōsignati, ius vobis per-

R. v petuum

DE RESURRECT. DOMINI

petuum vindicetis in resurrectione secunda: præstate Domino nostro Iesu Christo resurrectione & vita nostra, qui pro nobis mortuus per triduum, iam viuit & regnat per oia secula seculorum. Amē.

SERMO DE EO
dem III.

Apoc. 20.

BEATVS & sanctus, qui habet partem in resurrectione prima. Primitiæ dormientium Christus, primogenitus ex mortuis, qui sua resurrectione quæ prima est omnium, & primam nobis resurrectionem animarum, & secundam corporum dedicauit: dum in corpore suo quod suscitauit à mortuis, & animab⁹ sacramentum, & corporibus exemplum resurgendi nunciavit. Sed & animabus ipsis duplicem gratiam resurrectionis simplex Christi resurrectio præparauit, dum & quotidie reuiuiscunt à morte peccati per operationem mysterij, & hodie maximè resurgunt à somno torporis per deuotione gaudij. Quis enim ille tam piger, aut tepidus, qui hodie audiens vocem illā omni gaudio plenā, Resurrexit Dominus, nō totus in exultatione suscitatur, nō totus reuiuiscat & recalescat spiritu? Imò & cor meum & caro mea exultauerūt, inquit, in Deum viuū, qui totus conciderā in morore ac desperatione, Iesum aspiciens mortuū. Non mediocri lucro fidei, nec paruo fœnore gaudij, Iesus mihi de sepulchro redit: dum & Deus viuus agnoscitur.

agnoscitur, qui paulò antè vt homo mortuus lugebatur, & què occisum cor meū dolebat, iam in eum viuū nō solū cor meū, sed & caro mea exultat, de sua scilicet per eum resurrectione & immortalitate secura. O anima mea, ego dormiui & exurrexi, ait Christus: surge & tu quæ dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.

An non fratres mortuo similis, qui adhuc stertit orto iam sole, qui adhuc negligentia & socordia premitur, quasi desperato sepultus torpore, iam ubiq; gratia resurrectionis rutilante? Ferit oculos sol nouus emergēs ab inferis, his qui de manè vigilāt ad eum, diē reserās æternitatis. Dies iste versperā nescit, quia nō occidet vltra sol eius, qui semel occidēs, semel ascendit super occasum, mortem sibi subiiciēs. O fratres, hic dies quem fecit Dominus, exultemus & letemur in eo. Exultemus in spe ei⁹, vt videamus & gaudeamus in luce eius. Exultauit Abrahā vt videret diē Christi, & hoc meritò vidit, & gauisus est. Nam & tu quoq; si vigilēs quotidie ad fores sapientię, & obserues ad postes eius, peruigilq; excubēs cum illa Magdalena ad ostiū monumenti eius: probabis ni fallor, & ipse cum eadē Maria, quā verū sit quod de ipsa sapientia, quæ Christus est, legitur, Facile videtur ab his qui diligunt eam, & inuenitur ab his qui quærunt illā. Præoccupat qui se concupiscunt, vt illis se prior ostendat: qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit: assidentem enim illam foribus suis inueniet. Sic enim & ipse promisit dicēs: Ego diligētes me diligo, & qui manē

vigilaue-

Sap. 6.

DE RESURRECT. DOMINI

Prouer. 8. vigilauerint ad me, inuenient me. Inuenit quidē
Vigilandū Maria corporaliter Iēsum ad quem vigilabat, ad
est sedulo. cuius monumentum cū adhuc essent tenebræ
 excubare venerat. Tu verò qui iam non debes
 nosse Iesum secundum carnem, sed secundum
 spiritum: spiritualiter nimirum eum inuenire po-
 teris, si simili eum desiderio quæsieris, si te simi-
 liter peruigile in oratione aduerterit. Dic ergo
Isa. 26. Domino Iesu desiderio & affectu Marię: Anima
 mea desiderauit te in nocte, sed & spiritus meus
 in præcordijs meis, de manē vigilabo ad te. Dic
Psal. 62. voce & mente Psalmistæ: Deus Deus meus, ad
 te de luce vigilo, Sitiuit in te anima mea: & vide
Psal. 89. si non cum eis tibi cantare congruerit: Repleti
 fumus manē misericordia tua, & exultauimus,
 & delectati sumus. Vigilate ergo fratres in ora-
 tionibus intenti, vigilate in actionibus circum-
 specti: præsertim quia iam manē illius diei inde-
 clinabilis inclaruit, postq̃ uidelicet lux æterna se-
 renior nobis & grator ab inferis redijt, solemq̃;
 nouū susceptio matutina reparauit. Prorsus ho-
 ra est iam nos de somno surgere, postquam nox
 præcessit, dies autem appropinquauit. Vigilate,
 inquam, vt oriatur vobis matutina lux, Christus
 scilicet, cuius quasi diluculū præparatus est egres-
 sus, paratus utique vigilantibus ad se mysterium
 suæ matutinæ resurrectionis sæpius innouare.
 Tunc utiq; cantabis in iubilo cordis, Deus Do-
 minus illuxit nobis: Hic dies quē fecit Dominus
 exultemus & lætemur in eo: cū uidelicet lucem
 quam immanibus abscondit, interlucere tibi per-
 miserit:

miserit: annuncians de ea amico, quod possessio eius sit, & ad eam possit ascendere. Vsq; quo piger dormis? vsq; quo dormitas? Paululum dormies, paululū dormitabis, paululū conferes manus vt dormias, & cū te dormiente, te nesciēte Christus de sepulchro surrexerit, & gloria eius transeunte, nec posteriora eius videre merueris: tunc sera pœnitētia planges, & dices cum impijs, Ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumē non luxit nobis, & sol intelligentiæ non est ortus nobis. Vobis autem (inquit) timentibus nomen meum, oriatur sol iustitiæ: & qui ambulat in iustitijs, regem in decore suo videbunt oculi eius. Et id quidē beatitudo est vitæ sequentis, sed iuxta quendam modum indulgetur etiam ad consolationem præsentis, sicut euidenter probat resurrectio Christi. In multis siquidē argumentis per dies quadraginta sapientiā nobis probauit, quomodo dignos se ipsa circuit quērēs, & in vijs suis ostendit se illis hilariter, & in omni prudentia occurrit illis. Vt enim Iesus se illam esse sapientiā de qua hæc scripta sunt ostenderet, & quod quotidie spiritualiter actitare non desinit, id est, in vijs iustitiæ se ostendere hilariter, hodie corporalis etiam operis specie figuraret: in via hodie occurrit mulieribus à monumēto redeuntibus, in via se ostendit duobus euntib⁹ in Emaus. Audiant & gaudeāt qui in vijs iustitiæ ambulant: audiant inquam, quia non solū inherentes studio contemplationis, sed etiā ambulātes iustē ac piē vias actiōis, Iesus dignatur & occurſu & manifesta-

Sap. 5.

Malach. 4.

Luc. 24.

festā-

DE RESURRECT. DOMINI

festatione sui. Agnoscit, ni fallor, experiētia quorundam vestrum, quia sæpè Iesus quem quæsierunt velut ad monumentum, ad memorias altarium, nec inuenerunt, insperatus occurrit eis in vijs laborum. Tunc nimirum accefferunt & tenuerunt pedes eius: quorum scilicet pedes non tenuerat pigritia, præ desiderio eius. Noli ergo tu frater nimis parcere pedibus tuis à vijs obedientiæ & discursibus operum, quandoquidem Iesus pedibus suis non pepercit propter te etiam à dolore clauorum, & adhuc eorundem amplexu & osculo pedum, non grauatur laborem remunerare, aut releuare pedum tuorum. Nam & illud quantæ consolationis erit, si se tibi viæ comitem adiunxerit, miræque delectatione suæ sermocinationis, etiam sensum tibi laboris ademerit, aperies tibi sensum vt intelligas scripturas, quas fortasse domi sedēs legebas, & nō intelligebas? Obsecro vos fratres mei, quibus hoc aliquando dedit experiri dignatio diuina, nōne cor vestrum ardens erat in vobis de Iesu, cū loqueretur vobis in via, & aperiret scripturas? Recordētur igitur illud experti, & cantēt in vijs Domini, quoniam magna est gloria Domini: credant & expectari fatagant inexpertī, vt aliquando & ipsis cantabiles fiant iustificationes Dei, in loco peregrinationis suæ & afflictionis. Resurgat itaque ac reuiuiscat spiritus omnium nostrum, siue ad vigilantiam orandi, siue ad instantiam operandi: vt quadam rediuiua ac viuida alacritate probeat se de nouo portionem accepisse in resurrectione Christi.

Christi. Et primum quidem vitæ in hominē redeuntis indicium est, si strenuus & impiger sit ad actionē: nam perfecta resurrectio eius est in hoc dumtaxat moribundo corpore, si oculos aperiat ad contemplationem. Quod tamen nō antē promeretur intellectus, quā crebris suspirijs & vehementibus desiderijs dilatur affectus, vt tāta nimirum capax maiestatis reddatur. Quod videlicet velut per quosdam gradus incrementum resurgendi, signāter figuratum arbitror in mortuo quem Heliseus suscitauit, qui cū ad vitam redire inciperet, primō dicitur, quia calefacta est caro pueri: deinde, quia septies oscitauit, & sic demum oculos aperuit. Caro pueri, cor carneum est in Christo paruuli, cui prima spes vitæ est si dicere possit, Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. Quāquā & vestimenta eius calida sint, cū terra eius perfusa fuerit austro, spiritu utiq; sancto, quem verus Heliseus præueniendo aspirat rediuuio. Amplius autem & euidentius ad resurrectionem proficit, cū desiderio & esurie quadam iustitię oscitare frequentius incipit: illo scilicet modo quo oscitabat, qui dicebat: Os meum aperui & Psal. 118. attraxi spiritum, quia mandata tua desiderabam. Oscitatio quippe ista, distensio est affectus, vt capatior fiat spiritus vitæ, quatenus post alia charismata septiformis gratiæ, infusus etiā spiritus intellectus & sapientiæ, oculos tandem ad contemplandum Deū faciat aperire. Primus ergo calor vitæ redeuntis est, cū bonus exercetur actus: *Signa vitæ*
secundus

IN DIEBUS ROGATIONVM

tualis.

secundus resurrectionis profectus, cum per orationem dilatatur affectus: perfectio autem, cum ad contemplandum illuminatur intellectus. His gradibus virtutū, his sanctioris vitæ incrementis fratres mei resurgere magis ac magis enitimini, si quo modo occurratis, vt Apostolus ait, ad resurrectionem Christi ex mortuis, qui viuait & regnat per omnia secula seculorum. Amen.

In diebus Rogationum sermo.

Lucæ II.



MICI VENERVNT ad nos de via, sed nō habeo quod ponam ante illos. Nō sum medicus, & in domo mea non est panis: Ideo dicebam ab initio, Nolite me constituere principem. Nō

enim debet præesse, qui nō potest prodesse. Quomodo autē prodesse potest, qui nec medicus est, nec panem in domo habet, id est, nec artē nouit qua sciat curare, nec doctrinam habet qua sufficiat pascere? Hæc quidem dicebam, sed heu non audistis me: principem enim cōstituiistis me. Supererat igitur vt quia non potui effugere periculum, confugerem ad remedium, & audirē super hoc illud sapientis consilium, Principem te constituerunt,

stituerunt, esto inter illos quasi vnus ex ipsis. Sed
væ mihi, neq; hoc ipsum relictum est mihi. Sicut
enim imperitia prohibet esse super alios, sic im-
becillitas non patitur inter alios esse: & sicut spi-
ritu nō sufficio ad ministrandū verbum, sic cor-
pore deficio ad præbendū exemplum. Qui igitur
idoneus non sum nec præesse, nec coesse, vbi po-
tero esse, nisi vltimum & tutissimū eligam locū,
scilicet omnibus subesse. Et hoc quidem valeo,
humilia scilicet imò vera de me sentiēdo: nihilq;
me prohibet, imò plurimum veritas ipsa monet,
subesse cūctis animo, licet præesse cogar officio.
Tu Domine Deus ipse es, qui & subesse mones,
& nihilominus præesse iubes: à te expeto, à te
expecto, vt humilem simul & vtilem in iniuncto
me facias ministerio. Humilem, vera de me sen-
tiendo: vtilē recta de te loquendo. Illud inspira-
cordi, hoc ministra ori. Da sermonem rectum &
benefonantem in apertione oris mei, qui dixisti,
Aperi ostuum & implebo illud, vt omnis familia
tua benedictionibus impleatur. Ecce venerunt
amici, mei quidem amici, sed amplius tui. Nō ha-
beo quòd ponam ante illos: nisi commodatum
fuerit ab alio. Et quis alius equè diues aut libera-
lis ad præstandum, sicut Dominus omniū, diues
in omnes qui inuocant illum, qui aperit manum
suam, & implet omne animal benedictione, qui
dat omnibus affluenter, & non impropere: nisi
fortè illi qui vel pigrè petit, vel ingratè detinet
gratiā quam accepit. Quāti mercenarij in domo
patris familias istius abundāt panib⁹, qui quoniā
S Christum

*Pastor an-
marum hu-
milis debet
esse & vtilis.*

IN DIEBUS ROGATIONVM

Thren. 4.

*Orandum
pertinaci-
ter.*

Ecclesi 3.

Christum annunciant, licet nō sincere, propter
 alios tamen eis doctrinæ gratia non negatur. Et
 ubi abundant mercenarij, nunquid egebunt filij?
 Tu ergo Domine, (amicum enim dicere vereor,
 sed Dominum confiteor), commoda mihi tres
 panes, vnde reficiantur amici, ne si dimiseris eos
 ieiunos, deficiant in via, & tunc vocer in causam
 pro eis & dicatur mihi, Paruuli petierūt panem,
 & nō fuit qui frangeret eis. Commoda Domine
 quod in lucrum tuum proficiat: recepturus utiq;
 cum tibi placuerit quod tuū est cum vsura. Com-
 moda, inquā, tres panes si placet, aut certē quoda-
 cunque placet, quantulumcunq; fuerit, etiam si
 buccella panis, sufficiet in quātalibet milia, si tan-
 tum benedicas. Scio equidem, quia vis nos esse
 tibi importunos, vt licet dissimules, licet excu-
 ses, eō quod iam in cælum receptus sis, & Apo-
 stoli tui tecū sint in cubili, nostamē nihilominus
 perseueremus in petendo, quærendo, pulsando:
 scientes quia doctrinam non sola vitæ meretur
 innocentia, qua amici efficimur: sine assiduitate
 studij & instātia precis qua importuni videamur.
 Mihi tamen neutrum suffragatur: solū eorum
 qui pascendi sunt meritum obtendo, illi merētur
 quod ego nō mereor. Vos autem fratres mei vsi-
 bus quorum & pro meritis quorum, peto panes
 istos, puratis sufficimus, siue ego ad frangendū,
 siue vos ad edendū? Timeo ne dicatur mihi, Al-
 tiora te ne quæseris, & fortiora te ne scrutatus
 fueris: timeo ne dicatur & vobis, Facti estis qui-
 bus opus est lacte non pane. Scio reuera panes
 esse

esse apud patrem familias quos si nostra præsumat infantia, citius frangentur dentes, quàm impleantur ventres, id est, &ificètur mentes. Quis enim capiat, q̄s explicare aut cogitare dignè sufficiat illud trinitatis mysterium ineffabile: quomodo pater à se, filius à patre, spiritus sanctus ab utroque, & tres personæ in vnitæ substantiæ. *Tres pænes, trinitatis mysterium.*
 Mulier insipiens, audax, hæreticorum vanitas, pruriètes auribus ad talia discutienda sollicitat, cùm Deus credendus sit nō discutiendus. Panes, inquit, occultos libenter attingite. Quasi verò tu insipiens attigeris, quod sublimius est angelis. Et ad quid mihi panes occultos attingere, quos non licet sine periculo frângere, vel edere? Sufficit mihi scire quia sunt, quia tres panes sunt: non dico trinitatem personarum, sed trinitatē sermonū, vel magis intellectuum, qui de personis habendi sunt: tres inquam panes vnius magnitudinis & ponderis, vnius formæ & saporis. Quanta enim & qualia de patre, tâta & talia de filio, seu de spiritu sancto sentiēda sunt: excepto dūtaxat, quod proprietatū discretio, numerum facit personarum, sicut in trinitate, sic intelligentiarū in earū distinctiōe. Hos ergo panes relinquam frangendos angelicæ sublimitati, donec ad eorū crescentes æqualitatē, mensæ eorū simus idonei. Multifariæ siquidē aliorū trinitates panū de scriptura nobis possunt proponi, qui nostræ magis congruant infirmitati: verbi gratia, (vt nondum longius ab illa summa trinitate recedamus) quod ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: quod à

S ij patre

IN DIEBUS ROGATIONVM

patre creati, per filium redempti, in spiritu sancto sumus sanctificati. In hunc modum tam multa dici possunt, ut quamlibet famelicus venerit amicus de via, si vel dimidium ei apponas, non minus fortasse incipiat periclitari fastidio, quam prius inedia: ut copia obruat, quem inopia prius angebat. Non solum enim ipsum qui fecit nos, & ea quæ facta sunt propter nos, sed etiam quæ scripta sunt propter nos describere tripliciter poteris, ut copiosa refectio sit in tribus panibus, historiæ, allegoriæ, & moralitatis. Vniuersa quoque scripturæ continentia in tres partes diuisa, velut in tres panes digesta est: dum aut de naturali iustitia differit, aut de literali, aut de spiritali: id est, ante legem, sub lege, & post legem, quod est sub gratia. Natura rectum dedit intellectu, lex etiam actum, gratia autem affectum. Sed & doctor & pastor gentium in fide & veritate, pascendâ docet Ecclesiam quadâ panum trinitate: ut qui Ecclesiam ædificat loquatur ad ædificationem, ad exhortationem, ad consolationem. Ad ædificationem, ut quid agere debeas, noris: ad exhortationem, ut quod noris, velis: ad consolationem, ut etiam in aduersis possis, quod noueris & uolueris. Denique non solum in materia rerum, sensibus & partibus scripturarum, generibus & modis locutionum, sed etiam in omni fine earum, quandam panum inuenies trinitatem: & ipsam quidem lapidam satis & salubrem: fidem scilicet, spem, & charitatem. Eò quippe omnis scripturarum, vel sermonum intentio spectare videtur, ut credamus, speremus,

*Scriptura
sanctæ
trinitatis
diuisa.*

1. Cor. 14.

*Scripturæ
scopus.*

speremus, diligamus. Nam & charitas sola finis
præcepti diffinita est, quæ & ipsa quodammodo
triplex est, dum ex toto corde, tota anima, tota
virtute habenda est. Sed quoniam vitio ducitur
longior & varia epulatio, nos finem dabimus le-
ctioni: vestrum erit fragmenta quæ superauerunt, *Ioan. 6.*
id est subtiliora, quæ manus nostras effugerunt
colligere: simul autem & vestrum & nostrum ei
qui pascit nos cantare, Benedictus Deus in do-
nis suis, qui viuit & regnat per omnia secula se-
culorum. Amen.

In die ascensio- nis Domini sermo.



PATER CVM essem *Ioan. 17.*

cum eis, ego seruabam eos
in nomine tuo. Hæc oratio
Domini habita est ante diē
passionis, nō absurdè tamē
aptatur diei ascensionis: quan-
do scilicet supremo disces-

surus erat à filiis suis, quos patri cōmendabat.

Qui enim in cœlis creauit docet & regit multitu-
dinē angelorū, in terris aggregauerat sibi pusillū
gregem discipulorum, sub præsentia suæ carnis
erudiendum, quoadusq; grandiusculi sensus ef-
fecti, disciplinæ spiritus fierent idonei. Magnus

S iij itaq;

IN ASCENSIONE DOMINI

itaq; paruulos magna dilectiōe diligebat, quippe quos ab amore mundi abstraxerat, & relictā omni spe seculi, de se solo pēdere videbat. Quamdiu tamen cum eis corporaliter conuersari uoluit, non faciliē aut multum hūc suum eis affectū prodidit: maturiorem se eis, quā teneriorē exhibens, sicut magistrum decebat & patrem. Cum autē tempus quo ab eis recessurus erat instaret, tunc ueluti uinci tenero eorum affectu uisus est, ut magnam multitudinem dulcedinis suā, quam eis absconderat, dissimulare non posset. Hinc illud est, quod cum dilexisset suos qui erāt in mundo, in finem dilexit eos. Tunc enim propemodū omnem vim amoris effudit amicis, antequā etiā ipse sicut aqua effunderetur pro inimicis. Tunc eis sacramentū corporis & sanguinis sui tradidit, & celebrandū instituit, nescio uirtute an charitate mirabiliori: hoc nouū genus mansiōis adinueniēs in consolationē recessus sui: ut si discederet ab eis specie corporis, maneret nō solū cū eis sed etiā in eis uirtute sacramēti. Tūc ueluti prorsus suā oblitus maiestatis, & uelut iniuriā faciēs sibi, nisi qā gloria est charitatis, humiliare se pro amicis: dignatiōe ineffabili dominus, & talis dominus pedes seruorum lauit: vno opere condēs eis & humilitatis exemplū, & remissionis sacramentum. Tunc deniq; post exhortationem prolixioris sermonis patri eos commendās subleuatis in cōlū oculis: inter cætera sic ait: Pater cum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo, & nemo ex his periit, nisi filius perditionis. Nunc
autem

Ioan. 17.

autem ad te venio, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi. Non rogo, vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos à malo, & cætera, quæ non est huius tēporis retexere, multò minus exponere.

Summa tamen orationis sicut indicat textus le- *Summa sœ-*
ctionis, est in his tribus, in quibus est & summa *lutis no-*
salutis, imò & perfectiōis, vt nihil possit addi: sci- *stræ in quo*
licet vt à malo seruētur, vt in veritate sanctificen- *consistat.*
tur, vt cum ipso glorificētur. Pater, inquit, quos

dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & ipsi sint me- cum, vt videant claritatē meam. O fœlices quo- rum aduocatus ipse iudex est, pro quibus orat,

qui pari honore cum eo quē orat, adorandus est.

Voluntate labiorū eius nō fraudabit eum pater, cum quo est ei vna voluntas & vna potestas, quia vnus Deus est. Omnino quod Christus orat, im-

pleri necesse est: cuius sermo virtus est, & volun- tas effeēt: qui de omnibus quæ sunt, dixit & fa-

cta sunt: mādauit, & creata sunt. Volo, inquit, vt vbi ego sum, & ipsi sint mecū. O quanta securitas

fidelium, quanta fiducia credentium, tantum nō

abijciant gratiā quam acceperunt. Non enim so-

lis Apostolis proposita est hæc securitas vel con-

discipulis eorum, sed omnibus qui per eorū ver-

bum credituri sunt in Dei verbum. Non pro eis,

inquit, rogo tantū, sed pro eis qui credituri sunt

per verbum eorum in me. Vobis autem fratres *Philip. 1.*

donatū est, vt ait Apostolus, nō solū vt in eum

credatis, sed etiam vt patiamini pro eo: quos sci-

licet fides promissiōis Christi, nō securitate neg-

ligentiores, sed alacritate faciens seruētiore, &

S iij quoti-

IN ASCENSIONE DOMINI

Matth. 24

Psal. 17.

quotidiano vitiorum confictu, martyrio coronat assiduo. Assiduo, sed facili: facili, sed sublimi. Facile est, vbi supra virtutē nihil imperatur: Sublime, vbi de omni virtute illius fortis armati triumphatur. An non facile suaue Christi iugū portare: an nō sublime in regno ei⁹ excellere? Quid facilius rogo quā portare pennas quæ portent portantem se: quid sublimius quā supra omnē cœlorum altitudinē quō Christus ascendit, euolare? Planē sancti quorum sicut aquilæ iuuentus renouabitur, assumēt pennas sicut aquilæ & volabunt. Quō volabunt? Vbicunq; inquit, fuerit corpus, illuc congregabūtur & aquilę. Sed quid putamus fratres quomodo tunc repente de terris ad cœlos euolare poterit, qui nunc exercitio, & vsu quotidiano volitare non didicerit? Si quis quo doctore, quo duce: nunquid nō Christus sicut aquila prouocabat hodie ad volandū pullos suos, quando super eos volitabat, cum scilicet videntibus illis eleuaretur, diuq; sequerentur oculis euntem in cœlum? Poterat vtique repente in ictu oculi, ex oculis eorū rapi, & vbi veller, constitui. Sed planē sicut aquila prouocās ad volandum pullos suos, & super eos volitans: & corda sursum leuare post se nitebatur amore sui, & corpora similiter posse subleuari pollicebatur exemplo corporis sui: sicut Apostol⁹ ait, æterni cōscius mysterij, quia & nos baiulis nubibus rapiemur in obuiam Christo redeunti. Ipse quidē ascendit super Cherubin, & volauit, volauit super pennas ventorum, id est, supergressus est virtutes angelorum:

lorum: tuæ tamen condescendēs infirmitati, expandet alas suas, & assumet te, atque portabit in humeris suis, si modò pullus degener nō existas, ut à terra leuari, & aura puriore perfrui non ex-timeas. Alij volant contemplando, tu saltem amando. Paulus mente excedit, & ad tertium vsque peruolat cœlum: Ioannes ad id quod in principio erat verbum: tu saltem humi degenerem non trahas animum, nec patiaris obrutum inertia, in terra putrescere cor tuū: sed clamanti Sursum corda pontifici magno, (qui hodie introiuit in sancta, æterna redemptione inuenta, vbi & assistit vultui Dei interpellans pro nobis) responde fideliter, Habemus ad Dominum. Sed & si aliquando quæsiisti non quæ sursum sunt, sed quæ super terrā: iam te ipsum increpa, & dic Domino cum propheta: Quid enim mihi est in cœlo, & à te quid volui super terrā? Heu quàm miserè errabam. Tam magnum est illud in cœlo mihi repositum, quod contemnebam: tam nihil hoc super terram, quod tantopere expetebam. Christus itaque thesaurus tuus ascendit in cœlum, ibi sit & cor tuum. Inde ducis originem, ibi habes patrem & hæreditatem, inde expectas Saluatorem.

Amen.

¶ IN S

In die Penteco-

stes sermo I.

Dei ineffa-
bilis erga
nos chari-
tas.



INEFFABILIS Deus, ineffabilis misericordia ei⁹. Secundum nomen eius, ita & opus eius. Planè ineffabilis diuinę circa nos dignatio charitatis. Parum erat patri tradidisse filium, vt redimeret seruum : nisi daret & spiritum sanctum, quo seruum adoptaret in filium. Dedit filium in precium redemptionis, dedit spiritũ in priuilegium adoptionis : se deniq; totum seruat hæreditatem adoptatis. O Deum (si fas est dici) prodigum sui, præ desiderio hominis. An non prodigum, qui non solum sua, sed & seipsum impendit, vt hominem recuperaret, nõ tam sibi quàm homini ipsi? An non prodigum, qui sicut proprio filio suo nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: sic nec spiritui sancto pepercit (vt ita loquar) sed noua & mira largitate super omnem carnem effudit illũ? Multum quidem effusus sui prodigus ille filius, qui tam patrimonium, quàm seipsum donauit meretricibus, sed multo effusior pater in recuperationem perditij filij, quàm ille in perditionem sui : si tamẽ vlla debet esse comparatio, gratiæ & pecuniæ, spiritus & carnis, Dei & hominis.

minis. Vide enim quāta largitate toto orbe gratia spiritus effusa sit, nō solū iustis confirmandis, sed & peccatoribus iustificandis: quomodo ubique gentium spiritu creante nouum genus hominum renouata sit facies terrę: imō quāta quotidie mutatio fiat per dexterā excelsi, vt repente perditissimi hominum publicani & meretrices, iustos quā plurimos præcedant in regno Dei, & nouissimi fiant primi. Prorsus non sicut delictum, ita & donum, quia vbi abundauit delictū, ibi superabundās gratia nō solū donat delicta, sed etiā virtutū accumulāt merita: & sublimius restituit lapsos redemptio, quā constituerat prima creatio. Sanē in his omnibus quantō mirabilior Dei gratia prædicatur, tantō damnabilior hominis duricia conuincitur: si gratiam vel oblatam recuset, vel acceptam non seruet. Cui enim non offertur? Super quem non effulget lumen illius? Quis se abscondit à calorē eius? Neque enim reliquit se Deus sine testimonio apud conscientias hominum, illustrans eos splendore veritatis, & fouēs calore bonitatis: cū & lux vera illuminet omnem hominem venientem in hunc mundum, & Deus faciat oriri solem suum super bonos & malos, & pluat super iustos & iniustos. Sed vae illis qui rebelles sunt lumini, & resistunt spiritui sancto, nec adquiescūt veritati quam intelligunt, & sicut lutum ex calore solis, ita ex bonitate & beneficijs Dei duriores fiunt, audacter etiā prouocantes eum: cū ipse dederit omnia in manibus eorū. Verū quid ad nos de his qui
foris

Rom. 5.

IN DIE 3. PENTECOSTES

*Timendū
hic nobis.*

foris sunt? Ad vos potius nobis est sermo, qui spī-
ritum adoptionis filiorū accepistis, habētes eun-
dem spīritū in signū adoptionis & pignus hære-
ditatis: qui velut quidam character insignis vasa
misericordiæ, à vasis iræ discernit. Quanquā de
salute nostra, vel magis de spe salutis, ea nobis
modestia gaudendū sit: vt quod in illis dolemus,
adhuc de nobis pro nostra mutabilitate timea-
mus. Sicut enim de illis desperare impium, ita de
nobis præsumere est temerarium: cū tam de
nobis, quā de illis qualiscunq̃ sit sciētia præ-
sentium, nulla possit esse præsciētia futurorum,
nec leuis sit iniuria summæ potestatis, penes quā
est arbitriū vitæ & mortis: si vel de illis tā crude-
liter, vel de nobis tam audacter præiudicetur eius
iudicijs. Deniq; de massa eorū sumus assumpti:
& qui paulō antè eram⁹ sicut & illi, natura & vita
filij iræ, repenti facti sumus filij gratiæ. Nos ergo
simus illis exemplū spei ad pœnitentiam: ipsi no-
bis timoris ad perseverantiam. In nobis se mise-
ricordia commendat vt ametur: in illis se iudiciū
exerit vt timeatur. Misericordiam & iudiciū can-
tabo tibi Domine: pro ista gratias agens, pro illo
preces fundens: pro ista gratus & lætus, pro illo
timoratus & cautus: & de vtroq; eruditus exul-
tabo tibi cum tremore, quia tūc ingrediar in ve-
ritate tua, si ita lætetur cor meum, vt timeat no-
men tuū. Neque enim timor iste quem amor ca-
stum facit, gaudium tollit, sed custodit: non de-
struit, sed instruit: non inamaricat, sed condit: vt
tantō sit durabilius, quantō modestius: tantō ve-
rius,

rius, quantò seuerius: tantò dulcius, quantò sanctius. O castum & fidele gaudium, quàm fidelis est illa de te sententia sapientis, Non est census super salutem corporis, & non est oblectatio super gaudium cordis. Hoc utique gaudio non est gaudere impijs, quorum fatuos risus & friuola gaudia, Sapiens detestatur & increpat. Risum, inquit, reputavi errorem, & gaudio dixi, Quid frustra deciperis? Risus dolore miscebitur: & extrema gaudij luctus occupat. O bone Iesu, quàm dissimile est illud gaudium tuum, quo interim consolaris renunciantes illi falso & fallaci gaudio, quod melior est misericordia tua super vitas: quod melior est dies vna in atrijs tuis super milia, quantò beatiores facis pauperes tuos ipsa paupertate tua, quod mundus facere possit sua quantalibet affluentia: vbi quicquid affluit, defluit, sibi quæ inhaerentem pereffluere facit. Alijs affluebat delitijs illa pauper familia Christi, quam fluminis impetus inundabat lætificans ciuitatem Dei: cum scilicet hodierna die tanquam spiritus torrens repleuit totam domum, vbi erant sedentes Apostoli. Exhibebat quippe diuina veritas, quod per prophetam promiserat. Ecce ego declino in vos, ut flumens patet *Esa. 66.* cis, & ut torrens inundans gloriæ gentium. Quantum illis affluebat, quibus tantus influebat: quantumque de illis profluebat, de quorum ventre fluebant flumina aquæ viuæ. Nec solum de corde benevolentia charitatis, sed etiam ex ore vehementia profluebat torrentis eloquij, cui non poterant resistere & contradicere omnes eorum aduersarij:

IN DIE S. PENTECOSTES

Ioan. 7.

Esa. 55.

*Fastidiū
boni, quā-
tum mali
pariat.*

aduersarii: sicut de Stephano dicitur, quia nō poterāt resistere sapiētiē & spiritui qui loquebatur. Ad huiusmodi gaudia vos interim fratres consolator vester. inuitat. Hoc torrente voluptatis suæ sitibundas amantium mentes potare desiderat. Si quis, inquit, sitit, veniat & bibat. O affluēs liberalitas Dei, o indeficiens largitas diuinę bonitatis. Spiritū cuius hodie primitias dedit apostolis, offert vniuersis. Thesaurum suum, fontem aquę viuę aperit tam hominibus quā iumentis: tanquā & ipse omnibus sapientibus & insipientibus debitor sit. Omnes, inquit, sitiētes venire ad aquas. Ecce personas nō accipit, conditiones nō discernit, merita non requirit: tantum sitire quis nouerit, venire velit. Gratia quippe non admittit fastidientes: sed sicut esurientes implet bonis, sic diuites dimittit inanes. O fastidium tinea cordium, rubigo mentium, languor pessimus animarum: quod abominari facis bonum Dei verbum, contēnere cœleste donum, fastidire manna propter ollas carniū. Quæ enim lues tam pestifera, quis morbus tam letalis, qui sic faciat hominem immemorem suæ salutis, ridentem ac malè securū appropinquare vsque ad portas mortis? Sed vndē rogo tam latè lues ista Christi ouilia infecit, greges inuasit, vt quā plurib⁹ de grege Domini videatur etiam locus horrois & valtæ solitudinis, locus pascuæ vbi sunt collocati, & in pascuis vberrimis, in herbis virentibus miserè pereant fastidio languidi? Annon, quæso, gustauerunt donum cœleste, & participes facti sunt spiritus

spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonum Dei verbū, & virtutes seculi venturi? Si enim nō gustauerunt bonū Dei verbū, vndē totiēns eructauit cor eorum verbum bonū, cū scilicet de memoria abundantiae suauitatis eius eructabant labia eorum hymnum? Nunc autem diuinis interfunt laudibus, & dormitāt, aut ociosa vel etiā perniciosa mente pertractāt: sedent ad librum, & oscitant: verbū exhortationis audiunt, & ipso auditu laborant: de pascuis mutantur in pascua, & tam ista fastidiunt quā illa, iugiter versantur inter fercula vitae, & moriūtur fame. Vndē ergo post illam foelicē experiētiā gustumq; suauem supernę dulcedinis, tanta hæc obliuio, & incuria boni, languorq; mentium subintrauit? Sola relicta est eis vox illa plangentis, si ramen plangere velint: Percussus sum vtrūq; & aruit cor meū: *Psal. 101.* quia oblitus sum comedere panem meum. Currebant utiq; bene, quis eos fascino ait retrorsum conuertit? Spiritu cœperūt, quomodo nūc carne consummātur? Voluptuose vesebātur, quomodo nūc intereūt in vijs? Videāt quęso ipsi, ne forte inimicus homo qui super bonū semē patrisfamilias loliiū suū superfeminare cōsuevit, post illā suauē escā Christi, felle suo fauces eorū tinxerit, ac per hoc nō modò desiderii, sed & memoriam prioris gustū aboleuerit. Enimuerō statim denunciat Apostolus his qui eiusmodi sunt, Non potestis calicē Domini bibere, & calicē dæmoniorū. *1. Cor. 10.* Non potestis mensæ Domini participes esse: & mensæ dæmoniorum. Annon tibi videtur non modò

IN DIE S. PENTECOSTES

modò potatus, sed & inebriatus calice demoniorum, qui libidinis, iræ, impatientiæ, aut similibus raptatur furore passionū? Ego, ut loquar de his quæ iam magis in vfu quàm in crimine sunt, puto quòd & ille mensæ dæmoniorū particeps sit, & pascēs eos pascatur ab eis, cuius os abundat malitia, lingua concinnat dolos, sedēs aduersus fratrem suum loquitur, & aduersus filiū matris suæ ponit scandalū: qui etiā si nō detrahit, detrahentem libetè audit, qui scurrilitate stultiloquij cachinnantes dissoluit. Videat ergo qui ei (modi est, an dignū sit, ut volutatus velut in cruore immolatio, & sordibus dæmonū, mox admittatur ad mensam Christi & angelorum. Absit autē fratres mei, ut hæc dicens, innocentia vestra, qua plurimū delector, inscribam sceleri: sed hæc dico ut salui sitis, & aliorum exemplo cautiore facti, manusq; lauantes in sanguine peccatoris gratia spiritus sancti quā alij negligentia perdunt, vos omni vigilantia seruare curetis: ad laudē & gloriā ipsius largitoris Iesu Christi Domini nostri, qui viuit & regnat per oīa secula seclorū. Amen.

SERMO DE EO dem II.

Acto. 2.

LOQUEBANTVR varijs linguis Apostoli magnalia Dei. Nimirū ex abundantia cordis, linguæ loquebātur in eis. Exaltationes Dei in gutture eorum, quia charitas Dei diffusa

diffusa erat in cordibus eorū. O Domine Deus meus, & ego utique similiter laudare, si similiter potatus essem. Quia verò arida est anima mea, ideo est & torpida lingua. Sed sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: & labijs exultationis laudabit os meum. Eructabunt labia mea hymnum, sed cum docueris me iustificationes tuas: id est, cum dederis gustare quàm suavis es, ut discam te diligere toto corde, tota anima, tota virtute. Bonus es tu, & in bonitate tua doce me iustificationes tuas. Bonitas siquidē tua, unctio tua est, qua doces eos de quibus prædictum est: Erūt omnes docibiles Dei. Beatus homo quem *Iob. 6.* tu erudieris Domine: & de lege tua docueris eum. Lex Domini immaculata conuertens animas, charitas est: lex utique ignea, quæ est in dextera eius, quæ cum digito Dei scribitur super latitudinem cordis, & ipsum cor amoris incendio, & os ignito feruere facit eloquio. De excelso, in- *Thren. 1.* quit, misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me. O quanta facilitate & celeritate, quanta copia & facultate, ignis ille quem Dominus Iesus misit in terram, non solum erudiuit imperitos, sed etiam expediuit impeditos. Prorsus igneque lingue, quas ex se dispartiuit ignis iste, quæ sic ignescere fecerunt, non solum mentes, sed & linguas Apostolorum, ut etiam nunc pius auditor ad sermones ignescat eorum. Prorsus ignea lingua Petri, ignea lingua Pauli, in quorum verbis nunc quoque uiuit ignis perpetuus, qui & super corda nostra scintillat, si accedamus, si autem vel animū ab eorum

T sermoni-

IN DIE S. PENTECOSTES

Es. 50.

sermonibus nō auertamus. Si meruissem aliquā accipere de linguis huiusmodi, dicerē utique & ego: Dominus dedit mihi linguā mercedē meā, & in ipsa laudabo eum, sicut de illis scriptum est: Loquebantur varijs linguis Apostoli magnalia Dei. Dicerē & illud: Dominus dedit mihi linguā eruditā, vt sciā sustētare eum qui lapsus est verbo. Apostoli & eorū similes linguis sibi datis, magnalia Dei prædicant, tyrānos verberāt, dæmonia flagellāt, terrā compluūt, cœlos aperiunt: quæ linguæ eorum clauēs cœli factę sunt, quippe quibus de ipsis cœlis linguę missę sunt. Mihi autē utinam vel lingua canis data sit, qua possim primū quidē propria, deinde & aliena, vlcera lingere: si qui fortē sunt qui ad hoc ipsum sibi me dignētur admittere. Beati quidē quibus amor & dilectio diuinę laudis cor replet gaudio, & os iubilo. Sed & illos utiq; beatos dixerim qui cū de vulneribus animarū virus ablingunt & purulentia: trahūt in se quo aīa eorū saginetur, spūm & gratiā. Esuriūt siquidē & sitiūt iustitiā, & famē patiūtur vt canes, ideoq; nihil fastidiūt quod in corpus suū possint trajicere: neminē peccatorē abominantur, quē ad iustitiā possint conuertere. Quod Deus mundauit, tu ne immundū dixeris, dictū est principi Apostolorū, & in ipso alijs, & ob hoc mactat & manducat omne genus reptiliū & volatiliū & ait, Quæ prius tangere nolebat aīa mea, nunc præ angustia impatientis desiderij cibi mei sunt. Quinimo mirū in modū quantō quisq; peccator ante conuersionē amarior, tātō postmodū conuersio

conuersio eius dulcior: quantoque desperatior;
 tantò gratior nobis eius salus: quia & saluantis
 gratiâ plus miramur, qui ouem perditâ repor-
 tans in humeris, gaudiû facit angelis super vno
 peccatore poenitentiam agente, quàm super no-
 naginta nouem iustis. Dicant igitur alij quibus
 datum est, Quàm dulcia faucibus meis eloquia
 tua Domine: anima autem mea esuriens & famem
 patiens vt canis, etiam amarum sumet pro dulci,
 & abominabile pro desiderabili. Delectetur alij
 lambere mella scripturarû, ego verò delectabor
 vlcera lingere peccatorum, mei scilicet mihi que
 similiû. Fœdum quidem vlcus peccati, visuque
 horribile, sed tamen ipsum lingere, cuius sit sapo-
 ris & gratiæ, nō sapit, non capit, nisi qui salutem
 periclitantium esurit, & famem patitur vt canis,
 de qualibus dictum est: *Lingua canum tuorum* *Psal. 67.*
ex inimicis. Sed vā miseris qui tanto studio pe-
 reunt, tantoque desiderio mortem sibi confiscunt,
 vt vulnera sua tegant curamque canum refugiant,
 & asperitatē lingue medicinalis arbitrentur mor-
 sum odij letalis. Oderunt corripientem in porta,
 & perfectè loquentem abominati sunt. Perfectè
 loquentem dico, non tam de perfectione disse-
 rentem, quàm perfecta dilectione corripientem.
 Sed dicam perfecta dilectione, an perfecto odio?
 Imò vtrunq; & perfecta dilectione, & perfecto *Odium per*
 odio: quia perfectū odium nihil aliud est, quàm *sectum, est*
 perfecta dilectio, & vna est vtriusque perfectio, *perfecta dñ*
 quàm Apostolus determinat dicens: Odientes *lectio.*
 malum, adhærētes autem bono. Sed reuertar ad *Rom. 12.*

T ij id vndē

IN DIE S. PENTECOSTES

*Horatius
in arte poetica.*

Psal. 49.

Prone. 16.

id vnde digressus eram. Optabam mihi linguam
qua laudarem Deum, vel certè linguâ qua con-
fidentium vlcera curarem: in altero quidè, mihi
quærens diuinæ deuotionis fructum: in altero,
fraternæ salutis lucrum: vobis quoque in altero
dulcis, in altero fieri desiderans vtilis. Nam & de
secularium arte & officio poetarum, ita sumptū
est apud quendam eorum: Aut prodesse volunt,
aut delectare poetæ. Omne tulit punctum, qui
miscuit vtile dulci. Optabam, inquam, mihi gra-
tiam oris, qua Deo & vobis officiosus deferuire:
vt aliquatenus compensare verbo, quod minus
prorsum exemplo. Quanquā satis suspecta mihi
sit hæc consolatio, si dicam & non faciam: si sup-
petant suffragia linguæ, cum desint merita vitæ:
imò magis fortassè timendum sit, ne peccanti di-
cat Deus: Quare tu enarras iustitias meas, & as-
sumis testamentū meum per os tuum? Sed quid
agam? Si locutus fuero, nō quiescet dolor meus:
& si tacuero, nō recedet à me. Pavor est vtrobique
molestus, & coartor è duobus: quia locutionem
& officij locus exigit, & vita contradicit. Sed re-
cordor verbi quod apud sapientē inueni: Anima
laborātis laborat sibi, quia compulit eum os suū.
Loquar igitur nō prout locus expetit, sed prout
sensus suppetit, imò prout Dominus dederit: in
cuius manu sumus & nos, & sermões nostri. Lo-
quar inquam & meipsum lingua obligabo pro-
pria, vt vel præ confusione aliquando laborare
compellar: & si corpus à labore manū excusa-
uerit, certè anima laborantis laboret sibi, vt dicat
cum

cum Dauid, Laboraui in gemitu meo. O si mihi *Psal. 6.*
 dentur illi gemitus inenarrabiles quibus spiritus
 postulat pro sanctis, vt laborem in eis. Proculdu
 bio labor huiusmodi gemituū satis dignè com
 pensaret mihi quotidianum laborem manuum.
 Sed & vos ipsi fratres si æmulari meliora charis
 mata didicistis, optate gemitus huiusmodi à spi
 ritu vobis infundi. Nescio si sit in donis spiritus
 aliud conueniētius, aut commodius his, qui sunt
 infirmitate & miseria circūdati, nescio si spiritui
 sancto qui in columba apparuit, alia vox familiae *Gemendi*
 rior gemitu, aut gratior sit. Hoc autem scio, quia *utilitas*
 in nullo opere tanta tamque parata nobis suppe
 rat materia sicut in gemitu & planctu nostri: nisi *magna.*
 miseriam suam nostra dissimulet superbia, aut
 sensus obduretur stupore vel amentia. Hoc autē
 primum circa infirmos quorum curam suscipit,
 operatur medicina sancti spiritus, qui est illumi
 natio nostra & salus nostra: vt videlicet seipsum
 phreneticus sentiat & sciat, & conuersus ad cor
 dicat Domino cum propheta, Postquā conuer
 tisti me, egi pœnitentiam: & postquam ostēdisti
 mihi, perculsi fœmur meum. Nisi enim quis ap
 ponat scientiam, non apponet dolorem: nisi do
 luerit, non meretur consolationem. Beati enim
 qui lugent, quoniā ipsi consolabūtur. Puto quia
 nec in Apostolis hodiē locum inuenisset para
 cleti consolatio, nisi quia lugebant se desolatos,
 quia nō poterant nō lugere filij sponsi, cum spon
 sus ablatus esset ab eis. Inde erat quod eis dice
 bat, Nisi ego abiero, paracletus nō veniet ad vos. *Ioan. 16.*

T iij Nisi

IN DIE S. PENTECOSTES

Prouer. 31. Nisi desolati fueritis presentia mea corporali, nō vos consolabitur visitatio spiritalis. Date, inquit, ficeram mœrentibus, & vinum his qui amaro animo sunt: nō scilicet illis qui ebrij sunt gaudio & luxu seculi. Quæ enim participatio iustitiæ cū iniquitate? Nunquid bibere possunt calicē Domini, & calicem dæmoniorum? Bibant, inquit, potius pauperes Apostoli, & obliuiscantur egestatis suæ, vt dicant: Sicut egentes, multos autem locupletātes. Bibāt mœrētes de absentia sponsi, & dolorum non recordentur amplius, sed dicāt: Et si cognouimus Christum secundum carnem, sed nunc iam nō nouimus. Nam & teipsum si pio affectu Psalmistæ dicere potueris, Ego sum pauper & dolēs, sic ditabit, sic letificabit sobria ebrietas huius præclari calicis, vt & si pauper sis, paupertas animum non vrāt: & si dolebas quia peccasti, iam peccati reatus conscientia nō mordeat. Vide autem si non & ipse spiritus sanctus in iudicium venit in hunc mundum, vt qui dolent nō doleant: & qui rident, æterno & inconsolabili se luctui tradant. Melius est igitur ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij. Et reuera sapiens & si aliquando consolationem meretur, vt dolorum non recordetur amplius, eorū scilicet de quibus consolationem accipit: semper tamen, vt locū paret cōsolationibus nouis, nouas exquirat de seipso causas doloris: non statim blandiens sibi quasi iam per omnia iustus sit, sed eò subtilior quò iam illuminari cœpit, eò districtior, quò iustificari cœpit, sit accusator & iudex sui. Ei ergo qui eius-

qui eiusmodi est crebro (nisi fallor) spiritus consolator aduenit, quoniam & aduentum iam ipse suum anteuenit: adueniens scilicet ut consolatio- nem tribuat, sed anteueniens, ut lugere doceat. Luctus siquidē pius atque religiosus, in doctrina spiritus & ordine primus, & vtilitate inuenitur *Luctus ena- comium.*
 præcipuus: quippe cum sit summa sapientia san- ctorum, custodia iustorū, sobrietas modestorū, prima incipientium virtus, proficientium stimu- lus, perfectorum cumulus, pereuntū salus, pe- riclitantium portus, promissionē deniq; habens consolationum, quæ nunc sunt, & gaudiorū quæ futura sunt: ad quæ nos perducatur, qui viuunt & reg- nat per omnia secula seculorum. Amen.

In Natiuitate S.

Ioānis Baptiste sermo I.



A DOMINE DEVS, *Hiere.s.*

ecce nescio loqui, quia pu-
 er sensu ego sum. Fratres si
 Hieremias (sicut ex lectio-
 ne audistis hesternæ) ne præ-
 dicatiōis susciperet officiū,
 verecundius quàm iustus

minorem causabatur ætatē: quanto rectius ego
 sensum causarer minorem? Si sanctū ex vtero, &
 quem manifestē diuina mittebat electio, ætas de-

T iij terre-

IN NATIVIT. S. IOAN. BAP.

terrebat infirmior: mihi, quæ frons esse potest ad loquendū, cui nec ad sanctitatē suffragatur conscientia, nec ad sermonis facultatē suppetit scientia? Illi erat timori pueritia sua, mihi nō erit puerilitas mea? Veruntamen tu puer propheta altissimi, de quo sermonem hodie nostri debet locus officij, puerilitatem nostram non pateris excusatam haberi, quin saltē gestiamus more puerorū de te quoquomodo balbutire: qui etiam in materia leuiori, plena necdū didicimus verba formare. Tuū erit ō vox verbi, vox sapiētiæ, tibi deuoræ soluere vinculū linguæ, qui necdū loquēs, vsum loquendi muto potuisti patri reformare. Nec sine fœnore magno redijt intercepta facultas loquēdi, cui simul accessit gratia prophetādi, vt videlicet vterque parens aliquid sibi gauderet prærogatum de prærogatiua filij. Qui enim propheta, & plus quā propheta futurus erat, imō antē prophetare quā prophari, pri^o Deū quā seipsum sentire cœperat, parentes quoque suos prophetas faciebat: & in eos qui in se transfuderant carnis substantiam, spiritus sui & gratiæ superabundantiā refundebat. Nam & Helisabeth postquā exultauit in gaudio infans in vtero eius, tunc & ipsa prophetauit repleta spiritu sancto: quia necdum loquens filius, matri tamen occultam Domini præsentiam exultatione manifesta reuelauit. Salutabat Saluatorem motu quo poterat, & in occursum Domini præcursor impiger erumpere gestiebat. Planē incōparabilis gratiā, inestimabilis diuinę virtutis potētia. Vox Marię
dum auri-

dum auribus Helisabeth insonat, ad cor Ioānis penetrat: qui abstrusus intra materna latebat viscera, spiritum eius animat, gaudioq; salutari vegetat: & cui virtus nature vix adhuc totā infuderat animam, virtus vocis Mariæ pleniorē infudit prophetiam, adeo vt etiā de plenitudine filij copiosē videatur in matrem refundi. Verē gratia plena Maria: manifestē Deus totius gratiæ in ea erat, de cuius munificētia, tam copiosē, tam magnificē, principaliter in matrem, de matre in Ioannem, de Ioanne in parentes gratiæ largitas profuebat. Flumina prorsus de ventre Mariæ fluebant aquæ viuæ, & fons vitæ & gratiæ oriebatur de medio Paradisi ad irriganda ligna Paradisi. Proxima erat fonti cedrus ista nobilis, Ioannem loquor, consobrinum & amicum sponsi, præcursorem, baptistam, & martyrem Domini: ideoq; nimirum vberius irrigata intantum excreuit, vt inter natos mulierum nihil illa sublimius posset inueniri. Omnino saluatori proximus erat, qui *Baptista* nō solū copula sanguinis coniunctus, aut amicitia intimus erat, sed etiā gloria annunciationis, *quis ceteris* nouitate natiuitatis, sanctitate penē originali, *superior.* prædicatione consimili, auctoritate baptizandi, virtute patiendi, ante mortales omnes ei propius accedebat. Deniq; si alia cessarent omnia, si cuncta de eo silerent prophetarum præconia, solius gratia nominis eius quod vocatum est ab angelo priusquam in vtero conciperetur, satis abundēq; singularem in eo futuram Dei gratiā testabatur. Dignum quippe erat, vt gratiam Dei, quā gratia

T v plena

IN NATIVIT. S. IOAN. BAP.

Luca 16.

*Baptiste
natiuitatē
merito ve-
neratur Ec-
clesia.*

plena profudit, plenus gratia prædicaret: & gratia non mediocri emineret, qui gratiæ tempus à tempore legis velut medius limes disterneret.

Vsq̃ue ad Ioannem enim lex & prophetae prophetauerunt, qui videlicet primus ostendit præsentem, quem lex & prophetia promiserat venturum. Merito igitur natiuitas huius pueri multos gaudere tunc fecit, hodieq̃; facit, qui in senectute parentum natus, mundo senescenti gratiæ

prædicaturus erat renascendi. Merito natiuitas istam quā mirabiliter operatur gratia, miraturq̃; natura, solenniter veneratur Ecclesia: præsertim cum singularis illius natiuitatis cuius gratia naturam reparauit, per hanc pignora fidelia sibi videat esse præmissa. Non ingratam se probat Ec-

clesia, non immemorem fideliter agnoscit quæ deuotiōe, quæ gratiarū actione suscipere debeat præcursores, per quem ipsum agnouit Saluato-

rem. Mihi planè nouo nascitur gaudio lucerna mundi, cuius indicio lucē veram agnoui lucentē in tenebris sed non comprehensam à tenebris.

Mihi prorsus ineffabili nascitur gaudio cum quot & tanta mundo nascitur bona, qui videlicet Ecclesiam primus catechizat, per pœnitentiam

initiat, per baptismū præparat, præparatā Christo consignat & copulat: & quam ad viuendum temperanter informat, etiam ad moriendū for-

titer propria morte confirmat, atque in his omnibus plebem perfectam Domino parat. O fratres quorum propositum est, vtinam & ira desi-

derium, ad perfectionem festinare: quā cito Christianam

Christianam

Christianam assequeretur perfectionē, qui huic magistro animū accommodaret docibile: cuius etiam prima elementa iustitię, modū supergressa sunt perfectionis humanę: cuius rudimenta primę ætatis, grauitatem sapientię vicere senilis. Qui enim antequam natus sanctus fuit, quid mirum si in processu conuersationis plusquam sanctus fuit? Mirari possumus, imitari nō possumus sanctitatem tuam sanctorū sanctissime: omnino necesse est, vt qui de publicanis & peccatoribus plebem perfectam Domino parare festinas, humanius eis loquaris quā viuas, & modum perfectionis non secundum vitę formulam tuā, sed secundum virtutem mediocritatis temperes humanę. Facite, inquit, dignos fructus pœnitentię. Nos quidē o fratres gloriamur perfectius loqui, quā viuere: Ioannes autem sublimius viuens quā possint homines, vel intelligere, loquitur tamen eis prout possunt audire. Facite, inquit, fructus dignos pœnitentię. Humanum, inquit, dico propter infirmitatem carnis vestrę. Si nondum esse potest in vobis omnium plenitudo bonorum, sit saltem vera omniū pœnitudo malorum. Si nondum facere pręualetis perfectę fructus iustitię, sit interim hæc vestra perfectio, vt faciatis dignos fructus pœnitentię. Si recordari volumus fratres lectionis hesternę: ad dignos fructus pœnitentię pertinet, quod Hieremię, aut certē Ioanni sub typo Hieremię dictum est, Vt euellas & destruas & disperdas & dissipēs: ad fructus iustitię, vt edifices & plantes. Beatus qui manus

Matth. 3.

Hiere. 1.

Esa. 9.

manus huius extirpatoris adiuerit: nam ipse Dei adiutor est, qui videlicet cooperas verbo & gratiæ Dei, in hoc studium & operam dederit, ut euellat & disperdat de affectionibus & moribus suis omnem plantationem quam non plantauit pater cœlestis: destruat & dissipet omnem ædificationem Babylonicæ superbix & confusionis, ut postmodum melius ædificet & plantet, fiatque sicut scriptum est: Lateres ceciderunt, sed quadris lapidib⁹ ædificabimus. Sycomoros succiderunt, sed cedros immutabimus. Ascendat abies pro saliunca, & myrtus pro vrtica: omnis scilicet pulchritudo & gratia virtutū, pro situ & horrore vitiorum. Quis putas est ille tam perfectus in nobis, ut saltem hoc initium perfectionis habeat, qui scilicet ita dignè perfecteq; pœnitens sit, ac tota seueritate damnet mala sua quæ fecit, prioribus vsquequaq; renunciās vitijs, ut omne germē maledictionis radicitus euellat & disperdat de agro cordis: ita ut de radice pessima, nullus amplius germinet fructus amaritudinis, quiaque semel ita destruat ac dissipet omnem altitudinem extollentē se aduersus humilitatē Christi, ut iterum non reædificet quæ destruxit? Quam fœlix hodie esset Ecclesia sanctorum, quāta pace & gratia florerent congregationes beatorū pauperum, si fructus istos quos facere debuerat rudium pœnitentia, vel eorum qui perfecti & sancti videri volunt afferret iustitia. Deniq; qui nec iustitiam sanctorum, nec exactam habemus pœnitentiam peccatorum, redimamus vel ex parte aliqua

aliqua teporem nostrū deuota ueneratione san-
ctorum: præcipuè beati Ioannis, cuius tam mag-
nificè sanctitas effloruit supra modum aliorum,
vt crederetur sanctus sanctorum. Magnificentiā
gloriæ sanctitatis eius loquamur ac meditemur
fratres mei, vt propitium faciat peccatis nostris
eum, cuius singulariter amicus esse meruit filiū
Dei, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & reg-
nat per omnia secula seculorum. Amen.

SERMO DE EO

dem

II.

*valde boni & quod
constat in ad p[er]u[er]s[us] sp[irit]u
Matth. 11.*



DIEBUS Ioannis Baptiste regnum cœlorū vim patitur, &
violenti diripiunt illud. Merito
igitur læta nobis est eius natiui-
tas, cuius tam fausta sunt tēpora,
vt regnum Dei iam exinde no-

bis expositum sit ad diripiendum, quibus utique
iustitia non sufficiebat ad promerendū. Merito
multi in natiuitate eius gaudent, sicut promitte-
bat angelus sub quo tanta fœlicitate mutatus est
temporum status: vt regnū Dei quod antè nulla
innocentium obtinebat iustitia, nūc pœnitentiū
inuadat & possideat violentia. Quid enim aliud
debit dici pœnitentia peccatorum, nisi violētia
in regnum cœlorum? Annō violentia est, rapere
virtute quod non erat concessum naturæ: vt qui
natura erant filij irę & gehennę, labore improbo

*Pœnitētes
sunt vio-
lenti qui
rapiūt reg-
nū cœlorū.*

qui omnia

IN NATIVIT. S. IOAN. BAT.

Gene. 32.

Osee 12.

qui omnia vincit, intrudent se in hereditatē san-
ctorum, & consortium gloriæ? An nō planē vio-
lentus Deo strenuus ille luctator patriarcha Ia-
cob, qui vt scriptum est contra Deum fortis fuit
& inualuit, qui cum eo luctatus vsq; manē con-
stanter & obnixē tenebat rogantem dimitti, nō
dimittā te, inquiens, nisi benedixeris mihi? Dico
quia cum Deo luctatus est: Deus siquidem erat
in angelo cum quo luctatus est. Alioquin nec an-
gelus diceret, cur quæris nomen meum quod est
mirabile, nec Iacob diceret: Vidi Dominū facie
ad faciem. Sed neque Dominus de Iacob diceret
per Osee prophetam, In Bethel locutus est no-
biscum. Bona igitur violentia quæ benedictionē
extorsit: felix lucta, qua De⁹ homini succubuit,
victusque victorem gratia benedictionis, & ho-
nore sanctioris nominis munerauit. Quid enim
si tetigit neruum fœmoris eius, & emarcuit, ac
de cætero claudicauit? Facilis iactura corporis,
dammumque consolabile quod tanto compensa-
tum est munere: præsertim illi qui potuit dicere:
Super salutem & omnem pulchritudinem dilexi
sapientiam. Vtinam marescat in me non solum
neru⁹ fœmoris, sed virtus totius corporis: dum-
modo vel vnā merear benedictionem angeli.
Vtinam non solum claudicem cum Iacob, sed &
moriar cum Paulo, vt gratiam & nomen Israelis
obtinēam munere perpetuo. Iacob quidem fœ-
mur gerit marcidum, Paulus verò corpus emor-
tuum: quia mortificationem membrorū, quam
cepit Prophetica religionis initium, ad integrū
consumma-

consummauit Euangelium. Iacob claudicans,
quia ex parte quæ mundi sunt cogitans, alterum
pedem à terra suspensum portat: Paulus cogitâs
solum quæ Dei sunt, siue in corpore, siue extra
corpus, nescio Deus sit, totus tamen in spiritui li-
ber ad cælum volat. Vobis itaque dicimus fra-
tres, qui agresi estis cælum rapere, qui cõgres-
sistis luctari cum angelo, qui viam cultodit ligni
vitæ: vobis, inquam, dicimus omnino necesse esse
vt constâter & inremissè luctemini: nō dico vsq;
ad enervationem fœmoris vndè generatio pro-
pagatur carnis, sed etiam vsque ad mortificatio-
nem corporis. Hoc tamē ipsum, nec sic labor no-
ster poterit assequi, nisi tactu & beneficio diuinę
virtutis, cum vestram videlicet constantiam in-
vincibilem sibi probauerit. Sic enim scriptū est,
Cumq̃ue videret quod eum superare nō posset,
tetigit neruū fœmoris eius, & statim emarcuit.
An non tibi cum angelo imò cum Deo ipso lu-
ctari vidēris, quando quotidie præproperis tuis
resistit votis? Lauaris velut aquis niuis, vt mun-
dus sis corde & corpore, & ipse sordibus intingit
te. Dicis sapiens efficiar, & ipsa longius recedit à
te. Clamas ad eum, nec exaudit te: vis accedere
ad eum, & repellit te. Decernis rem & in contra-
riū tibi cecidit: & per omnia ferè in duricia ma-
nus suę aduersatur tibi. O dissimulatrix clemen-
tia, quæ duriciam te simulas: quanta pietate pug-
nas aduersus eos pro quibus pugnas. Licet enim
hæc celes in corde tuo, scio tamē quia diligis di-
ligētes te, & immensa multitudo dulcedinis tuę,
quam

*Dissimula-
trix Dei
clemētia.*

IN NATIVIT. S. IOAN. BAT.

quam abscondis timentibus te. Noli igitur desperare, constâter age fœlix anima, quę cum Deo luctari cœpisti: amat utique vim abs te pati, desiderat a te superari. Nam & cū iratus est, manumq; ad feriendū extendit, quærît ut ipse confitetur virum similem Moyſi qui resistat sibi: & si

*Amat de^o a
nobis vim
pati.*

Eſa. 64.

Hiere. 20.

non inuenerit conqueritur & dicit: Non est qui confurgat & teneat me. Nam si implacabilis sit eius ira, inflexibilisque sententia, flebit & dicet Hieremias qui resistere tentauerat: Fortior fuisti & inualuisti. Sed absit fratres qui placita ei postulatis: absit ut fortis aduersum vos sit, qui pro vobis infirmari vsq; ad mortem voluit. Tot vulneribus cōfossus est, toto corpore crucifixus est: vndē quæſo virtus ei esse potest ad resistendū illi charitati, quæ veluti victum & captum per omnia genera infirmitatum vsque ad mortē, mortē autem crucis, perduxit? Iam non fortis ut mors, sed fortior quam mors dilectio: cū virtute dilectionis infirmata sit vsque ad mortem Dei fortitudo, cuius tamen infirmitas fortior inuēta est omni fortissimo, cuius mors pbata est esse mors tua, ô mors. Virtute igitur dilectionis armatus sis, quicunq; es ille pius inuasor, qui rapere contendis regnum cœlorū, & securus esto, quia facile vinctes regem ipsum cœlorū. Si qua enim videtur tibi aduersari difficultate, aut duricia: ne sis pusillanimis, sed intellige qua mente id faciat. Nempe ut contrarietate ipsa tibi acuat animum, sicut solet esse natura magnanimorum, ac fortium: ut vires exercitet, constantiā prober, multiplicet

*Luctandū
constâter.*

triplicet victorias, augeatque coronas. Quamobrem accingimini filij Israel, & estote filij fortitudinis: non enim opus est nisi magnanimitate & constantia, quæ nullis possit terri aduersis. Infirmus dicat, fortis sum: & præ gaudio spei se nesciat infirmum, cui tam facile iam iamque capiendum est cælum. Planè cælū violenter rapit: qui imbecillitati suæ vim facit aut ætati. Imò, ut magis propriè loquar, planè vim facit propriæ perditioni, qui intonante tuba mandati, nescit parcere sibi. Homo enim in laboribus, ut scriptura *Prove. 16.* ait, laborat sibi, & vim facit perditioni suæ. Accingimini inquā viri virtutis, & sequimini ducē ac magistrū fœlicis huius militiæ (Ioannē Baptistam loquor,) à diebus cuius cælum esse cœpit expugnabile. Iste siquidē est qui velut alter Dauid princeps factus latronum, piorumque ductor prædonum, & victoriosum illum exercitū publicanorum & peccatorum per illam laudabilem ac religiosam violentiam post se induxit in regnum cœlorum. Quis enim scelestus aut prophanus tubā eius audiuit, Pœnitentiā agite, appropinquauit enim regnū cœlorū, & nō se continuo præparauit ad bellū? Sequimini inquā ducē istū, cuius vexilla proprio rutilāt sanguine, cuius hodie virtutes ac triūphos debita decātaftis veneratiōe. Ipse, nisi fallor, quos post se traxerit exemplo, iuuabit merito commendabitque suffragio, cum internatos mulierū nullus sit acceptior regi summo Iesu Christo Domino nostro, qui viuit & regnat per omnia secula seculorū. Amen.

SERMO DE EO

Nat. d. lviij. dem III.

Matth. 11.

Prove. 27.



Laudā dū
nemo ante
mortem.

1 Cor. A
9. 9

Gene 7.

NTER natos mulierū non su-
rexit maior Ioanne baptista. Sa-
lomō ait: Laudēt te labia proxi-
mi tui. Sed quā felicius & glo-
riosius cū laudant quempiam
labia Dei sui. Deus quippe nec
falli potest, nec adulari. Deus neminē facilē lau-
dat, quem laude posse inflari videat, vel quem ex
fine debere reprobārī praeuideat. Homini quidē
rectē dicitur, ne laudet hominem in vita sua:
cuius sicut scire nō potest intima, sic nec prae-
scire nouissima, cū de seipso quoq; cōfiteri habeat,
Nihil mihi cōscius sum, sed nō in hoc iustificatus
sum. Sunt enim iusti & sapiētes, & opera eorū in
manu Dei sunt, & tamē nemo scit, vtrum sit dig-
nus amore an odio, sed omnia in futurū seruan-
tur incerta. Felix igitur qui testimonio ipsius iu-
dicis dignum se amore scire meruerit, nisi quod
testimonium iustitiæ præsētis, mutabilitati hu-
manæ suspitionem ac metum non adimit de fu-
turis. Indubitabile tamē eximiae virtutis & mag-
nae perfectionis est indicium, quotiēs hominem
adhuc corruptioni subditū, suæ suffragio laudis
illud irrefragabile Dei dignatur iudicium. Mag-
num profecto iustitiæ præconium, quod summa
iustitia dicit ad Noe, Te vidi iustum coram mē.
Magni quidē insigne meriti, quod Abrahā testi-
ficatur

ficatur Deus, propter ipsum implendas esse promissiones quæ ad ipsum factæ sunt. Quantæ autē illud est gloriæ, quod de beato Iob Dominus gloriatur aduersus inuidum: Nunquid considerasti *Iob 1.* seruum meum Iob quod nō sit ei similis in terra: homo simplex & rectus, & timens Deum, accedens à malo? Quantæ etiam illud erat gratiæ, quod pro Moyse æmulabatur & confundebat emulos eius? Si quis, inquit, fuerit inter vos propheta Domini, in visiōe apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. At non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est. Ore enim ad os loquar ei, & palam nō per enigmata videt Deum. Quare ergo nō timuisti detrahere seruo meo Moyfi? Quis verò in omnib⁹ sicut Dauid, de quo gratulatur Dominus: quia inuenit virum secundū cor suum? Veruntamen quantumlibet magni fuerint siue isti siue alij, nec inter istos, nec inter alios natos mulierum, teste nato virginis, surrexit maior Ioāne baptista. Nā & si stella differat à stella in claritate, & in choro sanctorum syderum quæ ante exortum veri solis illustrarunt noctem huius seculi, quadam effulserunt claritate mirabili: nullum tamē in omnib⁹ maius aut splendidius lucifero isto, lucerna scilicet ardenti & lucenti, quam pater Christo suo parauit: lucifero in quā prælucentæ lucis, qui præcursor solis diem instantem mortalibus nunciavit, dormientibus in tenebris & umbra mortis clamitans & dicens: Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum. Ac si diceret: *Matth. 3.*

IN NATIVIT. S. IOAN. BAP.

2m 3

2m 5

Baptista
præconijs
Euangelia
ste libro-
rum suorum
initia de-
dicauerunt.

Joan. 1.

Nox præcessit, dies autem appropinquavit: abjice opera tenebrarum. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit tibi Christus. Nō est autem negligenter prætereundum, sed etiam atq; etiam considerandum, quā sublimis meriti, quā excellētis gratiæ & virtutis oculus ille quē nil fallit, eum peruiderit, qui post tanta præcedentium præconia, hanc de illo sententiā tulit: quod inter natos mulierū, nullus illo maior surrexerit, nec nisi de ordine angelorū, vel qui pervenisset ad æqualitatem angelorum, aliquem ei præferendum iudicavit. Nec semel quidem, aut perfunctoriē vel breuiter laudē eius attigit, sed quotienscunque se offerebat occasio sermonis, laudibus eius delectabatur immorari, quod satis probat historia Euangelij. Propterea Marcus quoq; Lucas & Ioannes initia librorū præconijs eius dedicauerunt, vt videlicet auctoritas tanti nominis prima fronte prælati, totum deinceps commēdabilius redderet Euangelium, & lucerna in ipso ingressu ac vestibulo ardēs & lucens perduceret ad lucem, quæ lucebat in tenebris, sed à tenebris nequibat comprehendī. Matthæus enim quia eum natiuitas Domini in inijs occupatū tenuit, mox vt puerū nutriendū Nazareth commendauit, ad præcursores & Baptistā eius stilum cōuertit, arbitrās imperfectū fore quicquid de sponso diceret, si de indiuiduo amico sponsi reticeret. Hæc nanque cura nō minima fuit, non solum Euangelistis narrantibus, sed etiam prophetis & angelis prænunciantibus: vt lucerna Christi,

20/1 11

Christi, testis Domini talis induceretur, cuius splendore & auctoritate inimici facile confunderentur: & ex cuius magnitudine, incomparabilis altissimi magnitudo manifestè monstraretur. Cum enim maximus inter natos mulierum natus virginis testabatur tam longè magnitudinem suā vincere, vt indignū se confiteretur eius calciamēta portare: quid aliud dabatur intelligi, nisi quia ille erat magnus Dominus cuius magnitudinis nō est finis? & de quo dicitur, *Quoniā* *Psalm. 88.* quis in nubibus æquabitur Domino, similis erit Deo in filiis Dei? Et hæc vtiq; illa magnitudo Ioannis fuit, quā inter magnos tam magnus excreuit: quia videlicet virtutes suas magnas & innumeras quib⁹ nulli mortaliū secundus fuit, maxima oīum virtutū humilitate cumulauit sibi: cūm putaretur summus omniū, vltro ac deuotissimè præferens humillimū omniū, & intantum præferens, vt calciamētis eius detrahendis se testaretur indignū. Mirentur igitur alij quòd à prophetis prænunciatus, quòd ab archangelo promissus, & eodem quo Christus, cūm tamē Christus in cubiculo, Ioānes in oraculo, quòd de tam sanctis ac nobilibus parētibus, quòd de senibus, & sterilibus cōtra debitum naturæ, dono gratiæ, quòd antè sanctus quàm natus, antè propheta quàm prophetaret, quòd plusquam propheta, quia angelus angelicū officium vitamq; gerēs in terris, in carne præter carnem viuens, & licet innocentissimus, pœnitentiæ tamē formā plus exemplo quàm verbo tradens, quòd in spiritu &

IN NATIVIT. S. IOAN. BAP.

*Baptiste
humilitas
nobis imi-
tanda.*

2. Cor. 4.

Hiere. 9.

virtute Helię præcurrens aduentū redemptoris,
& viam ei parans in eremo, quòd corda patrum
ad filios, & filiorum ad patres conuertit : quòd
filium baptizare, patrē audire, spiritū sanctum
videre meruit, quòd denique vsque ad mortem
pro veritate certauit : & vt etiā ad inferos Chri-
stum præcurreret, ante passionē Christi martyr
Christi fuit. Mirentur inquam hæc alij, si tamen
est qui dignè possit mirari: nobis fratres non so-
lūm miranda, sed & imitanda proponitur virtus
humilitatis eius, qua maior se credi cū potuit,
noluit: imò credentes ne errarent quantū valuit
compescuit. Fidelis enim amicus sponsi, magis
amator Domini sui, quā sui : se minui, vt ille
cresceret optabat, & de minorationē sui gloriam
illius augere satagebat, ante Apostolum opere &
veritate dicens illud apostolicum, Non nosmet-
ipso predicamus, sed Dominū Iesum Christū.
Ideo nimirum magna est gloria eius in salutarī
tuo, in Iesu tuo Domine, cuius iustitię & boni-
tatis est diligētes se diligere, & glorificātes se glo-
rificare. Magna prorsus gloria eius in Iesu, mag-
na à Iesu : qui & apud se glorificauit eum con-
sortio glorię suę, & apud homines testimonio
vocis suę. Persuasum sibi habebat Ioānes illud
fidele sapientis consilium, Qui gloriatur in Do-
mino gloriatur: non enim qui seipsum commen-
dat ille probatus est, sed quem Deus commēdat.
Maluit itaq; in Domino sanē, quā in seipso va-
nē gloriari : quia & maluit veraciter à Domino,
quā fallaciter à seipso commendari. Ideo pro-
batus est

batus est Deo & hominibus, & gloria eius veritas apud homines, felicitas apud Deum : qui si seipsum glorificasset, gloria sua nihil esset. O filij hominum vsquequo graui corde? vt qui diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Vt quid vanam & mendacem gloriam diligitis, & gloriam ab inuicem accipitis vel quæritis, & gloriam quæ à Deo solo est, non vultis? Sed quomodo quæritis? Vtinam agendo fortia, nō loquēdo sublimia: vtinam saltem vera loquendo, licet vanē, & non mentiendo planē: vtinā denique mentiendi tantum de vobis, non etiā detrahendo de alijs. Hoc iam nō est gloriam accipere vel quærere: sed magis furari & rapere. Quærere siquidem gloriam, non sua, sed contraria via, non illa scilicet cui debetur gloria, sed contumelia, id est, non virtutis titulo, sed mendacij, & detractionis latrocinio: quid aliud est hoc nisi rapere, vel furari nequiter, quod concupieris turpiter? Certē si gloriam ab homine non quæres, sed oblatam acciperes, iam ex hoc secundum veritatem nō ambulares. Nunc autem quid cū nō solū accipis si offertur, sed & quæris cū nō offertur? Quid deniq; cū alium velut trucidas venenosa & insidiosa lingua, vt gloriā eius tibi rapias : vt de malo eius tu melior, de contemptu eius tu gloriosior appareas? Sit ergo illud, gloriam scilicet accipere vel quærere ab homine, insipientium vanitas : quid istud nisi scæuentium crudelitas? Sit certē illud, vt mitius loquar, tētatio humana : quid istud nisi imitatio diabolica? Planē imitantur diabolū qui

V iij sunt

for d

Gloriam
ab hominibus
accipere
pantes.

IN NATIVIT. S. IOAN. BAP.

sunt ex parte illius, id est, omnes superbi. Ipse est enim rex super omnes filios superbie. Quomodo, inquis, imitantur? Diabolus quia superbiuit, meliori se, id est, Deo inuidit: quia inuidit, detraxit. Sic filij superbie eius, mox ut infecti sunt vitio eius, id est amore propriae excellentiae, inuident alienae. Ut ceperint inuidere, incipient si possunt detrudere, ut scilicet accrescat eis quod derogauerint alijs. Quanto salubrius imitaretur humilitatem Ioannis, qui detrahebat sibi, ut adderet alijs: qui contendeat minor credi quam credebatur, ut alius inciperet apparere quod non putabatur? Denique si non placet humilitas ex sui honestate & equitate, placeat saltem ex utilitate: quia nulla via rectior, aut facilior ad gloriam diuinam, sed nec ad gratiam humanam vlla pulchrior aut iustior, & saepe nulla compendiosior. Quamto inquit, magnus es, humilia te in omnibus, & inuenies gratiam coram Deo & hominibus. Hec beatum Ioanem glorificauit apud Deum & homines, sicut est dies haec quae de natiuitate eius gloriosa consolatione praestat mundo, gaudium caelo, gloriam Deo: cui honor & gloria in secula seculorum. Amen.

Ecclesiastes 3.

SERMO DE EO
dem IIII.

Matthaeus. II.

COEPIT Iesus dicere ad turbas de Ioanne, Quid existis videre in deserto? Ecce illud quod sponsa de sponso gloriatur, in cantico

in cantico amoris sui : Ego dilecto meo, & dile- *Cant. 2.*
ctus meus mihi : Ioannes Iesu, & Iesus Ioanni:
Ioannes Iesum prædicat, Ioannem Iesus com-
mendat. Par pari redditur, & tam amica quàm
iusta vicissitudine charitas in inuicem prouoca-
tur, aut remuneratur. Ego enim, inquit Iesus, di- *Prouer. 8.*
ligètes me diligo, & glorificâtes me glorificabo.
Habet pietas promissionem vitæ quæ nunc est,
& futuræ, & Dominus dilectum sibi quem glo-
rificaturus est in futuro redditione præmij, etiã
nunc incipit glorificare *redditione præconij, te- **exhibi-
tione*
stemque suum etiam apud homines proprii sub-
limat honore testimonij. Quid existis, inquit, vi-
dere in deserto? Vos hominem miramini com-
morantem in deserto, sed per istum pinguescent
speciosa deserti, & florebit solitudo, cum vbique
noui cultores eremi de Ioannis succrescent ex-
emplo. Tunc erit desertum quasi deliciæ paradyfi,
& solitudo quasi hortus Domini. Tunc gloria Li-
bani dabitur ei, decor Carmeli & Sarô. Sed quid
inquam existis videre in deserto? Harundinem
vento agitaram? Et si moretur in desertis, non est
tamen harundo deserti, sed cedrus Paradisi, co- *Baptista
encomiū.*
lumna cœli, gloria generis humani, miraculum
mundi, virtute & merito ultra mensuram homi-
num, conditione citra naturam angelorum. Nô *Baptista
arundo nô*
est arundo vêtô agitata, sed palma fortior omni
procella, quâ nullus turbo quatiat: aut certè cy- *fuit.*
pressus in monte Sion æternè plantata, altius sci-
licet quam vt ventorum rabiem timeat. Non est
obnoxius tépestatibus huius aëris, quia superior

V v est cunctis

IN NATIVIT. S. IOAN. BAP.

est cunctis cupiditatibus mundi. In cœlo radicē
fixit, quo nullus spiritus procellarū aspirat, vnde
minas & bella ventorum, & cuncta in seculo ad-
uersantia securus irrideat. Irascatur Herodes, in-
sidiatur Herodias, de interioribus eorū ebulliat
tempestas, ac nequam spiritus procellarum, qui
in abyssi cordiū eorū cubat, omnes vires suas,
& argumenta maliciæ commoueat: nihil illum
terrebit, nihil à sententia mouebit, quo minus li-
berè nuptias eorum ingestas arguat. Quomodo
enim flecterent aduersa, quem mollire non po-
tuerunt prospera? Flauerunt siquidē aliquando
& molles, atque blandientes venti, auræ scilicet
fauoris popularis, sed nec illis à rectitudine sua
potuit inclinari. Vos misistis ad Ioannem, & te-
stimoniū perhibuit veritati. Miserūt enim Iudei
sacerdotes & leuitas, vt interrogarent eum, tu
quis es? Et confessus est, & non negauit, quia nō
sum ego Christus: cū tamen ei flaret fauor po-
pularis, & blandiretur existimatio communis,
nō vt Christum prædicaret se esse, sed vt creden-
tibus tantū nō cōtradiceret. Sed & alias cū dis-
cipuli eius dicerēt ei, Rabbi cui tu testimonium
perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt
ad eum, nunquid hoc vērō potuit agitari, aut de
sua desertione, & alterius frequentia & gloria ad
dolorem, vel inuidiam moueri? Imō constantia
immobile ventū repellens & frangēs, respondit:
Ipsi vos mihi testimonium perhibetis, quia dixi-
rim non sum ego Christus, sed quia missus sum
ante illū. Sed quid existis videre? Hominē mol-
libus vesti-

Ioan. I.

libus vestitū: Laudauerat eum de constantia ani-
mi, & nunc laudat de contemptu corporis sui, ac
postremo de superexcellētiā gratiæ prophetalis,
atque dignitate angelici officij & nominis. His
etenim duobus gradibus ad spiritalia ac diuina
nititur humilitas humana, si videlicet aduersus
irruentium tentationum ventos immobilis per-
sistat, & desiderio spiritalium bonorum corpus
affligat. Sicut enim in initijs, vt vincamus tenta-
tiones, corpus est castigandum ne regnet in eo
peccatum: sic etiam victis tentationibus in eodē
tamen est persistendū, non solum metu recidēdi,
sed etiā desiderio proficiendi: vt scilicet de mor-
tificatiōe carnis spiritus vegetior fiat, & quantō
leuius ac subtilius vinculum gestat, tantō ad spi-
ritalia liberior assurgat. Ioannes qui antequam
exiret de vētre sanctificatus erat, cui illud dicere
competebat: Ab infantia mea mecum creuit san-
ctitas, & de vtero matris meę egressa est mecum,
quem nullus tentationis ventus agitare poterat,
nec mollibus tamē vestiebatur, nec suauib⁹ ves-
cebatur, sciens vtique quia sicut peccatoribus,
vt sancti fiant, sic sancti vt sanctiores fiant, neces-
saria est seuerior viuendi disciplina. Nunc autem
Deo gratias qui dedit nobis, si tamen dedit, sine
pugna victoriā, sine pœnitentia veniā, sine opere
iustitiam, sanctimoniam sine labore: delicijs car-
nalibus simul & spiritalibus affluere. Induimur,
si non purpura & bysso, certē mollioribus & ca-
pidioribus quā sint purpura & byssus, & epu-
lamur quotidie splendide, & nihilominus distēti
& ructan-

*Grad⁹ duo
ad vitæ spi-
ritalis per-
fectionē.*

Iob 31.

*Seuerior
viuēdi mo-
dus & pec-
catoribus
& iustis
pernecēs-
sarius.*

& ructantes crapulam, dormiemus cum Lazaro quondam paupere in sinu Abrahamæ, vel potius in sinu Christi cum Ioannē? Planē si ita est, melius nobiscū actū est, quā cum illis qui tantis emere laborib⁹, quod nos delicati gratuito possidemus. Planē si ita est, ridēda est magis quā prędicāda vita Ioannis: & omnem nationem filiorum Dei, qui dura & arta via secuti sunt vnicū patris, reprobare magis expedit, quā imitari. Verissimilius autem videtur quod non ita sit, sed magis sic

Acto. 14.

1. Tim. 5.

*Delicias
carnis con-
sectantes,
mundo mi-
litant, non
Deo.*

Apoc. 18.

cut veritas dicit, quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnū Dei: & sicut discipulus veritatis perhibet, quia vidua in delicijs viuens mortua est. Ideo Dominus cū de asperitate vestis laudasset amicum in omni domo sua fidelissimum, Ecce, inquit, qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt: volens nimirum intelligi, quia qui sectantur delicias carnis, regno huius seculi militant, non regno Dei. Heu quā terribilem sententiā cœlitus audiui cōtra molliciē illius magnę & purpuratę meretricis! Quantum, inquit, glorificauit se & in delicijs fuit, tantum date illi tormētum & luctum. Vtinā tamen his delicijs, tantū mollicie vestiū, & suauitate epularum contenta esset teneritudo delicatōrū, nec alias spinas vitiorū germinaret in eis ramus voluptatū, vt hoc esset omne peccatū eorum, deliciari, non luxuriari. Ipsi viderint, si ita extinctus est in eis ingenitus ille pestifer ignis, vt tot fomentis circumpositis nequeat reaccendi: pręsertim ventis ex aduerso flantibus, id est, verbis & risibus

risibus lasciuis tentantibus. Soleo tamen audire,
quia sæpè uiuit etiam in moriente, uiget in sene:
fulcitatur & exurgit etiã sine fomite, furit nullo
irritante. Ipsi ergo uiderint sibi, nihil enim mihi
de aliorũ conscientijs iudicare, cùm sciã multos
in omni copia & gloria mundi temperáter & pu-
dicè uixisse: & ediuerso nōnullos in habitu aspe-
riore & victu parciore nequiter egisse. Sed & scio
regē Israel sub purpura sua cilicio ad carnē fuisse
indutũ, & panē solũ nonnunq̃ regibus appositũ:
cùm hodie delicatissima quæque ac mollia tegat
pulla uestis pœnitentiũ vel magis pœnitentiam
profitentium: & fastidijs eorum nō satis sint opes
mundi, nō satisfaciãt artes & tormēta coquorũ.
Verũ quia in huiusmodi causis facile quisque
sibi inuenit patrociniũ, alius infirmitatis, alius
societatis cui morem gerit, alius honoris quem
gerit: esto, uestiant ut uolunt, comedãt ut uolunt,
tantũ ne excedat ulterius hoc malum, ad id scĩ-
licet, quod qui perpetrare uolunt, confiteri no-
lunt, quia tueri non possunt: & incipiant notari
prouerbio mulieris nequã, quæ comedit, & ter-
gens os suum dicit: Non sum operata malũ. Nam *Prone. 30.*
& de magna illa Babylone de cuius medio deli-
cati pœnitentes isti uidebãtur exisse, audeam di-
cere, Quantũ uult purpurata sit, quantũ uult
delicata sit, tantũ meretrix nō sit, nec diuaricet
pedes suos omni transeuntĩ. Tu ergo si nō potes
imitari Ioannem in asperitate uestitus, vel parsi-
monia victus: vel in hoc imitari contende, ut non
sis harundo vento agitata, & ut sapiens ait, Non *Ecclesi 5.*
te uentiles

IN NATIVIT. S. IOAN. BAP.

*Constāter
agendum.*

te ventiles in omnem ventum, & non eas in omnem viam. Sic enim peccator probatur in duplici lingua. Sed esto firmus, inquit, in via Domini, ne te projiciat ventus à facie terræ, seu loci cui professus es, seu regni cui præparandus es. Solet repente ventus vehemens irruere à regione deserti, & concutere quatuor angulos domus filiorum Iob, & fit ruina eius magna, si tamen super harenam fundata sit, non supra petram: si harundinea sit, non lapidea: imò si is qui ædificat eam, & inhabitat harundo sit: foris per hypocrisim nitidus, iactantia vel promissione cassa sonorus, intus veritate vacuus. In secreto huius harundinis Behemoth dormire amat, quæ & in locis humentibus ubi nulla fluxarum rerum penuria, sed ad luxum superfluunt omnia, sæpius & vberius crescit atque luxuriat. Huic harundini si quis innitatur, manum eius perforabit: quia si quis in adiutoriū operis eum asciuerit, vel alicuius ei muneris functionem imposuerit, sperantem in se gravi scandalo vulnerabit. Patientia tamen Domini huiusmodi harundinem etiam quassatam non conterit, sed sustinet, vt in melius conuertatur. Nonnunquam etiam increpat feras harundinis, quæ cum principe suo in secreto eius dormiunt: nonnunquam iusti tanquam scintillæ æris candentis in harundineti discurrent, qui tanquam carbones desolatorij, quicquid in eo steriliter syluescit incendunt, nouisq; fructibus purum præparat locum. Hoc agebat Ioannes vox clamātis in deserto, non harundo, sed scintilla in harundineti, cuius ser-

Sap. 3.

cuius sermo, vt scriptum est, sermo scintillæ ad *Ibidem 2.*
commouendum cor pigrum & stolidum, vt pa-
raret viam Domino. Hoc etiam nunc in nobis
agat eadē vox, cooperante verbo ipso, cuius erat
vox, Iesu Christo Domino nostro, qui viuit &
regnat per omnia secula seculorum. Amen.

In Natali Apo- stolorum Petri & Pauli,

sermo I.

Zach. 4.



T RESPONDI, in-
quit Zacharias, & dixi ad an-
gelū qui loquebatur in me.
Quid sunt duę oliuæ istę ad
dexteram candelabri, & ad
sinistram eius? Isti sunt, in-
quit, duo filij olei splēdoris,

*Christus
candelas
brum au-*

qui assistūt dominatori vniuersę terrę. De can-
delabro quod viderat totum aureum, & septem
lucernas eius super illud intellexerat propheta:
sed nec nobis dubitare iam licet, cū in lumine
eius ambulemus, & in lumine eius videamus lu-
men. Hoc lumen cū alia demonstret, se ipsum
ignorari non patitur, sed testimonium perhibēs
de seipso loquitur, Ego sum lux mundi. Lux ex
diuinitate: candelabrū ex humanitate. Et ipsum
totum aureum, non auratum: quia siue diuinitas
siue sapien-

Ioan. 8.

IN NATA. APOST. PET. ET PAU.

siue sapientia, siue charitas auro significetur, hæc omnia Christus non per participationē, sed per substantiam. Nos cum simus natura plumbei, vel magis lutei: gratia & participationē ipsius, non aurum vel aurei, sed vt multum aurati. Septem lucernæ super ipsum, septē spiritus, septem oculi Domini, qui discurrunt in vniuersam terrā. De his ergo propheta certus, de duabus oliuis quidnam sint percunctatur, auditq; ab angelo qui in eo loquebatur: Isti sunt duo filij olei splendoris, qui assistunt dominatori vniuersæ terræ. Interpretentur alij vt volunt, aut possunt, vnusquisq; pro sensu suo: siue Enoch & Eliā, qui apud Deū in secreto viuūt: siue Moysen & Eliam, qui cum eo in montē visi sunt: siue duos ordines prædicatorum, veteris scilicet ac noui testamenti: vt qui veteris, ad sinistrā sint propter promissa temporalia: qui noui, ad dexteram propter æterna. Ego quicquid à regula fidei non discrepat, aut à contextu lectionis non nimis dissonat, suscipio, veneror, amplector. Puto tamen sine præiudicio melioris intellectus, Petrum & Paulum non absurdè posse intelligi, imò absurdum videri, qui hodie aliud interpretari velit, cum hodie nihil aliud cantet aut trañet Ecclesia vbique terrarū, quàm præconia patrū doctorumq; suorū. Nam & si alijs possit aptari, puto quia istis specialius congruit, seu illud quod tanquā duæ oliuæ circa candelabrum à propheta videtur, seu quod duo filij esse olei splendoris ab angelo memorantur. Et alterū quidem altero exponitur, visio scilicet prophetica

prophetica, interpretatione angelica: vt inde intelligantur oliuæ, quia filij olei splendoris: inde circa candelabrum, quia Domino assislūt. Quia enim ex oleo spiritus sancti sunt regenerati, hodieq; florent & fructificant sicut oliua fructifera in domo Domini: etiam oleastro gentili qui in ipsos insertus est, impertientes pinguedinis suæ succū ac dulcedinis, gratias illis agat sterilis dudum & amara gentilitas: & si non ab ipsis tamen per ipsos est, quod nunc tam copioso, tam precioso fructu per orbē abundat. Vobis tamen fratres quibus sicut substantia & domus vna, ita cor vnum & anima vna: vobis, inquam, specialius in ipsis cenſeo gloriandum, qui sicut nouella oliuarum de eorum radice traduxistis nō solū fidei succum, sed & formam vitæ atque ordinis exemplum. Quōd si nouella oliuarū vos, vtique & filij olei vos, filij vncti qui est Christus Dei: dicetūque ei de vobis, cū hodie ad altare acceditis: Filij tui sicut nouella oliuarū, in circuitu mensæ tuæ. O nouella oliuarū nobilium, ô generosum germen tam pinguiū tamq; feracium arborum: semper obsecro recordare de qua pullulaueris stirpe, de qua succreueris radice, ne vnquam sterilitas operum, aut amaritudo morum te degenerem arguat, aut quod absit, inutilē ignibus addicat. Caue, quæso, notam infeliciū temporum, de quibus meministi prophetatum, Mentietur opus oliuæ, & arua non afferent cibum. Duo tamen præcipuē tibi existimo cauenda: ne aut per reporem fias sicut oliua projiciens florem suum,

X sicut

Habac. 3.

IN NATA. APOST. PET. ET PAU.

Hiere. 11

Spiritus
sanctus &
oleum &
splendor.

sicut legis in propheta, vt videlicet fructū quem in initijs nouitij feruoris promittebas non facias: aut cū feceris, ne per superbiam perdas, & dicat tibi Hieremias, Oliuā vberē, pulchrā, fructiferā, speciosam vocauit Dominus nomē tuū: sed heu ad vocē loquelę grādis exarsit ignis in ea, & combusta sunt omnia fructū eius. Confidimus autē de vobis meliora dilectissimi, tametsi ita loquamur. Confidimus, quia oleū splendoris, vel magis olei splendor cuius estis filij, sicut & patres nostri Apostoli, vnctione sua docebit vos de omnibus: nec solum deterget torporē, quia oleū est: sed & discutiet errorē, quia splendor est. Scio posse intelligi olei splendoris, id est, quod de splendore filio procedit, vel quod splendore illuminationis diffundit: sed puto quia nō inconuenienter etiā per intransitiōē accipi potest oleum quod splendor est. Vtrunq; siquidē spiritus est in natura sui, & vnctio scilicet spiritalis & splendor inuisibilis, vtrunque in nobis operatur munere sui. Vngit affectus ex eo quod oleum est: illuminat intellectus ex eo quod splendor est. Qui tamen non ex alio atque alio, sed ex vno ipso & oleum & splendor est: quia non nisi vnum ipsum est. Vngit affectus, quia charitas est: illuminat intellectus, quia veritas est. Vngit affectus, cū deuotionem donat: illuminat intellectus, cū mysteria reuelat: cū bonitatē docet, vt simus simplices sicut columbę, vngit affectus: cū scientiam docet vt simus prudentes sicut serpentes, illuminat intellectus. Illuminat, vt habeamus in nobis salē: vngit vt habea-

vt habeamus inter nos pacē. In hoc igitur te nobis probabis filium olei splendoris, si suauem & vinctum per benevolentiam, discretum & maturum per sapientiam te nobis exhibueris: vt suauitas veritate sit condita, & equitate charitas ordinata. Puto autem quod hanc geminā virtutem sui, vel effectū muneris sui, propter quam oleum splendor voluit dici, etiā in illo igne spiritus sanctus significauerit, in quo ipse inuisibilis, visibiliter Apostolis apparuit. Qui enim splendor fuit in aspectu oculorum, oleum, nisi fallor, fuit in sensu corporum: vt veluti in quodam lauacro olei viderentur sibi baptizati, cum super eos effunderetur ignis iste celestis. Veruntamen qualiscunque fuerit in eis corporaliter sensus illius ignis, parū enim interest qualis sentiatur, sed qualiter operetur: illud, vt opinor, & probabilius dicitur, & religiosius creditur, quod idē ignis qui inflammauit & illuminauit corda, refrigerauit corpora: vt & per charitatem mentes arderent, & per castitatem membra frigerent, & vtrunq; congrueret singulis, siue illud Hieremiæ, De ex- *Thren. i.*
celso misit ignem in ossibus meis, siue illud Psalmistæ, Caro mea immutata est propter oleum. *Psal. 108.*
Nisi fortē aliquid de lege membrorum contra legē mentis relinquere voluit spiritus, vt virtus in infirmitate perficeretur. Sed prosequamur quod proposuimus. Isti sunt, inquit, duo filij olei splendoris, qui assunt dominatori vniuersæ terræ. Ecce habes bonitatem in oleo, scientiam in splendore: accipe disciplinā in eo quod ait, qui assunt

X ij domi-

IN NATA. APOST. PET. ET PAU.

Psal. 118.

*Dei præ
sentia ubi
que metu
anda.*

Psal. 122.

dominatori vniuersæ terræ: vt agnoscas eos verè
discipulos illius fuisse cui cantamus, Bonitatem
& disciplinam & scientiâ doce me. Hęc est nanq;
perfectio disciplinæ, tam in mente, quam in cor-
pore: vt proponentes Dominũ in conspectu no-
stro semper, semper & vbique maiestati æternæ,
quæ nos inspicit & iudicat sine intermissiõe, cum
metu & reuerentia assistamus, peruigili fide ac
iugi deuotione. Sicut oculi, inquit, seruorum in
manibus dominorum suorum, ita oculi nostri
ad Dominum Deum nostrũ, intentissimè & in-
declinabiliter obseruâtes nutus eius, quid velit,
quid iubeat, vt quàm celerrimè deuotio nostra
obediat. Sic Moyses inuisibilem tanquã videns
sustinebat, nec vnquam imminētis metum iu-
dicis dissimulare poterat. Sic Helias & alij pro-
phetę qui dicebāt: Viuit Dominus, in cuius con-
spectu sto. Inde nimirum & gratiam & nomen
asssecuti sunt Videntium: quoniam quæ semper
intuebantur per fidem non fictam, merebantur
sæpius intueri per speciem, licet factā. Hęc fides
vigil, non ficta, non dissimulatrix, ipsa est, vt ar-
bitror, quæ sola vel maximè facili compendio ad
perfectionem perducit: quę grauitatē disciplinę,
sobrietatemq; modestiæ, tam interiori quàm ex-
teriori nostro tribuit, & velut in disciplina famu-
lantium Domino semper assistere facit. Hac vir-
tute meruerūt Apostoli dici filij olei splendoris,
vt sicut Domino astiterūt in terris contemplādo
per fidem, ita nunc ei assistant in cœlis contem-
plando per speciem, regemq; in decore suo vi-
deant

deant oculi eorum, cuius timorem hic medita-
batur cor eorū. Hac via fratres sequimini patres
fidei vestræ, & auctores ordinis, quatenus eorū
prouocati exemplis & adiuti suffragijs, quo ipsi
hodie præcesserūt, peruenire valeatis, adiuuante
Domino nostro Iesu Christo, qui viuit & regnat
per omnia secula seculorum. Amen.

SERMO DE EO dem II.



VO vbera tua sicut duo hinnuli *Cant. 4.*

capræ gemelli, qui pascuntur in
lilijs donec aspires dies, & incli-
nentur vmbre. Videte fratres ne
degeneretis. Vt taceam de nobi-
litate patris vestri, nobilis est ma-

ter quæ vos genuit, generosa sunt vbera quibus
lactati estis. Mater vestra est sponsa cui hæc dicun-
tur, cuius vbera voce sponsi laudantur. Quæ ni-
mirū duo vbera Ecclesiæ Petrum & Paulū esse,
non solum interpretatur nobis dies ista, in qua
potamur ab vberibus consolationis eorum satis
iocundè & abundè, sed etiam euidētia operis ip-
sorum approbant argumenta ac monumēta do-
ctrinæ. Quibus enim alijs vberibus nutriti sunt
filij Ecclesiæ, siue ex præputio, siue ex circunci-
sione? Istos vtique ego reor esse, de quibus olim
paruulæ & pauperculæ consolatio diuina, pmitte-
bat Ecclesiæ. Reges nutricij tui erūt, & mamilla *Esā. 44.*

X iij regum

IN NATA APOST. PET. ET PAU.

1. Pet. 2.

1. Cor. 3.

1. Thessal. 3.

Cant. 8.

regum lactaberis. Nisi enim tam generoso lacte nutrita esset, nunquam ad hoc virtutis ac gloriæ culmen excreuisset. Ad vbera paruulos Petrus inuitabat, quibus dicebat, Sicut modò geniti infantes, lac concupiscite. Vbera Paulus præbuerat quibus dicebat, Lac vobis potum dedi. Et illud, Factus sum in medio vestri sicut nutrix sedens, & nutriens filios suos. Quàm plenus autem lacte redundauerit spiritali, pulchrè significatum est vnda illius lactis visibilis, quod de corpore ipsius fertur exisse loco sanguinis, cum decollatus hodierna die pro illis quibus dabat mamillam, dedit & animam. Planè nihil in eo sanguineum, sed totum lacteum: qui nihil carnale, nihil suum cogitabat, sed tantum quod alijs vtile erat. Nec tam habebat vbera, quàm ipse totus vber erat: qui ita misericordia vberi affluebat, vt non modò spiritum suum desideraret totum filijs immulgere, sed & corpus impendere. Antequam hæc duo vbera Petrum & Paulum accepisset primitiua Ecclesia sanctorum in terris, conquerebatur & dicebat Ecclesia beatorum spirituum in cælis: Soror nostra parua est, & vbera non habet. Cum enim Christus rediens in cælum reliquisset pusillum gregem discipulorum, ac nondum misisset spiritum suum, quo erant fortanda viscera, & implenda vbera sanctorum: erat, vt opinor, illa Ecclesia in cælis sollicita pro filioliis sponsi, siue iam natis, siue nascituris, cui videlicet committerentur alèdi: eò quod Ecclesiam istam viderent parua numero, virtute, & auctoritate, & sine vberibus doctrinæ.

Nam

Nam & ipse sponsus in diebus carnis suæ genuer-
 rat aliquos verbo veritatis, & quādiu fuerat cum
 eis, lactauerat eos vberibus ædificationis & cons-
 solationis. Et ipse siquidem sponsus habet vbera *Cant. 1.*
 meliora vino, id est doctrina legali, vel gaudio se-
 culari. Habet inquam sponsus vbera, ne vllū de
 omnibus officijs & nominibus pietatis eum præ-
 tereat: vt qui pater est creatione naturæ, vel re- *Christ⁹ nō*
 generatione gratiæ, seu etiam auctoritate disci- *solū pater*
 pline, sit etiam mater affectu clementiæ, sit & nu- *creatione*
 trix sedulitate officij & curæ. Erant igitur par- *& aucto-*
 nuli quos alebat initium aliquod creaturæ eius, *ritate, sed*
 sed non nisi initiū: multumq; supererat curæ & for- *& mater*
 laboris, donec adducerentur ad perfectū, & for- *& nutrix*
 maretur Christus in eis. Cū autem & ipse re- *affectu cle-*
 liquisset eos: superni spiritus, & si læti de reditu *mentie.*
 vnigeniti, de noua tamen adoptionis progenie
 solliciti, quodammodo affectu suo videbantur
 apud eum conqueri. Quis illos nutriet? Lactasti
 eos, sed ante tempus ablactasti. Non enutristi iu-
 uenes, nec ad incrementum perduxisti virgines.
 Quis illos nutriet? Soror nostra parua est, & vber-
 ra non habet. Dixisti Petro, Pasce agnos meos, *Ioan. 21.*
 sed nec ipse adhuc sufficiētiam lactis in vberibus
 habet. Citò pietas eius aresceret, qui plus adhuc
 cuti suæ quàm aīabus paruulorū timeret. Facile
 relinqueret agnos in tentatione, qui pastorē tam
 suum quàm illorum negauit in interrogatione.
 Ecce autē repentē spiritu misso de cælo, tanquā
 lacte de pprijs Christi vberib⁹ effuso, Petrus im-
 pletus est lacte plurimo: nec multò pōst de Saulo

X iiij fit Pau-

IN NATA APOST. PET. ET PAU.

Cant. 8.

Caprea Ecclesiam significat.

fit Paulus, prædicator de persecutore, mater de tortore, nutrix de carnifice: vt planè intelligeres totum eius sanguinem mutatum, in lactis dulcedinem, seuitiam in pietatē. His igitur vberibus geminis pectori suo affixis gloriatur Ecclesia, nō modò matrem se esse fœcundā, sed & ciuitatem munitam. Ego, inquit murus, & vbera mea turris. Mille clipei pendent iam de turribus istis, omnis armatura fortium. Ipse quoque sponsus de eisdem vberibus in laudem sponsæ in carmine amoris, mystico sermone sic ait: Duo vbera tua sicut duo hinnuli capreae gemelli. Capream hoc loco accipimus Ecclesiam: acutam visu ad penetranda mysteria Christi, agilē saltu ad transfiliēda spinosa huius seculi, potentem ad exuperāda venena serpentis antiqui. Cuius duo gemelli nō inconuenienter, vt arbitror, intelliguntur hi duo apostoli: germani fide, consimiles deuotione, pares merito & virtute, vnanimis charitate, coniuncti in ipsa etiam passiōe & morte. Quomodo enim in vita sua dilexerunt se, ita & in morte nō sunt separati. Quia verò desiderio summorum pascuntur in profectu minorum, donec scilicet aspirante gratia tollant se ad contemplandū sublimia: bene de his hinnulis subditur: Qui pascuntur in lilijs donec aspiret dies, & inclinentur vmbrae. Animalia cūm declinant æstum diei, capiāt vmbrosa pascua conuallium, vbi & liliorū solet esse prouentus vberior, donec spirante tepescētis aura vesperi, egrediantur ad aperta camporum, vel ardua montiū. Sic & hinnuli nostri quandiu

non aspi-

non aspirat eis ad contemplandum elementior
 aura dei æterni, pascuntur in lilijs conuallium:
 id est, delectantur in virtutibus humilium, aut
 etiam occupantur in actionibus eorū. Cum autem
 aspirat dies ille mentibus eorum, egrediuntur &
 saluunt ad vberiora & foeliciora pascua montium
 æternorum. Per me, inquit pastor & ostiū, si quis *Ioan. 10.*
 introierit saluabitur, & ingreditur Ecclesiam,
 & egreditur sæpius contemplando, semel mi-
 grando ad cœlestem patriam, & pascua inueniet,
 & hic & ibi. Hic inter lilia agri, ibi inter ligna Pa-
 radisi. Hic in floribus, ibi in fructibus. Hic in vir-
 tutibus sanctorum, ibi in gaudijs angelorū. Pro-
 fus in loco pascuæ ibi me Dominus collocauit,
 cum Ecclesiæ sanctorum associauit, cuius vëter *Cant. 7.*
 sicut acertus tritici vallatus lilijs, vt pascat simul
 & tritici gustu, & liliorum aspectu. Quid enim
 acertus tritici, nisi copia diuini sermonis in tot
 libris vndique congestis? Quid lilia, nisi iusti, qui *Lilia, iusti*
 germinant sicut lilium, & florent immarcescibi-
 liter ante Dominum, quorum tantus candor in *sunt.*
 sanctimonia corporis & cordis puritate, tanta
 fragrantia in opinione, tanta medicinalis virtus
 in opere & sermone? Nō mediocre pabulū istud
 fideli animæ, videre circa se tot lilia tanta venu-
 state & gratia florētia, vbi omnium virtutum ex
 eis, licet diuersarū ex diuersis, capere possit ex-
 empla. Iste fundatior humilitate, ille amplior cha-
 ritate. Alius robustior ad patientiam, alius velo-
 cior ad obedientiam: Iste frugalitate parcior, ille
 labore vtilior. Iste deuotior in oratione, ille in le-

IN NATA. APOST. PET. ET PAUL.

etione studiosior: Iste in administratiōe prudentior, ille in quiete sanctior. Sed licet aliquam insignius florentem in vnoquoque gratiam mireis: non vna tamē, sed multæ virtutes in singulis, sicut flores in lilijs. Quot enim iusti tot lilia: quot virtutes eorum, tot flores liliorū. Qui igitur hæc videns gaudet in illis, aut etiam proficit ex illis, quid nisi pascitur in lilijs? Pascebat Paulus, sed nihilominus in illis quos pascebat, pascebatur. Pascebat eos sermonibus, pascebatur eorū operibus. Ventrem quidem suum imò & alienum pascebat manibus proprijs: mentē verò non tam suis pascebat bonis quàm alienis, qui non quærebat quod sibi vtile, sed quod alijs. Nunc vivimus, inquit, si vos statis in Domino. Quæ enim gloria mea, aut gaudium, aut corona: nonne vos ante Deum? Ideo sepius ei aspirabat dies æterni luminis, atque afflabat eum lenior aura spiritus sancti, cuius vi rapiebatur ad interna pascua: aliquando paradisi, aliquando tertij cœli, siue in corpore siue extra corpus, nescio, inquit, Deus scit. Dignum quippe erat, ut qui fideliter pascebat, fideliter palceretur: & qui foris gaudebat in bonis dominicæ familiæ, in gaudium Domini sui iuberetur intrare, atque repleretur in bonis domus Dei: non solum istius visibilis pro qua sudabat, sed etiam illius invisibilis ad quam spirabat, vnde & dies ei aspirabat. Nec minora de Beato Petro sentienda puto, cum maxima sit gloria Pauli, illius coæquare meritis, quem iudicium veritatis potestate & primatu prætulit vniuersis. Cum

enim

1. Thesal. 3.

enim

enim pater qui est in cœlis veritatem vnigeniti Petro reuelabat, quid aliud quàm dies ei æternus aspirabat, & dies diei verbū eructabat? Cui autē magis peruiū fuisse cœlum credendū est, quàm ipsi ianitori, cuius lingua clauis cœli facta est? Qui potestatem habebat claudere cœlum nubibus, & aperire portas eius, quomodo ipse nō sē- *Acto. 10.*
pius intrasse crederetur? Esuriit aliquando Petrus & cœlum ei apertum est, cū adhuc in terra consisteret, tantaque ei inde ciborum copia missa est, vt adhuc multa supersint, licet plurima mactauerit, & manducauerit immunda, & virulenta animalia in sancta & florulenta conuertens lilia: vt videlicet delitiosē pasceretur in lilijs, donec aspirante die, gloriosē in ipsis pasceretur cœlis. Sed ecce dum cōmendamus vobis duo hæc vbera sponsæ, hora iam præterijt, qua de ipsis vberibus lac vobis cupiebamus immulgere, quanquā & alijs diebus, hoc ipsum facere possimus & solemus. De vberibus siquidem Apostolorū lac vobis trahimus, quotiens de verbis eorū ad ædificationem vestram tractamus. Nunc igitur pro tempore satis sit admonere, si tamen moneri indigetis: vt sicut vbera ista diligitis, ita lac eorum semper concupiscatis: vt in eo crescatis in salutē, donec formatum in vobis exhibeatis Saluatorem Iesum Christum Dominum nostrum, qui viuunt & regnat, per omnia se-

cula seculorum.

Amen.

SER-

SERMO DE EO

dem : Item de eo quod scriptum est, Donec aspiret dies, & inclinentur
vmbra, III.



*D. Bernar
dum dicit.*

R R A T I S fratres in me, sed amore magis, vt arbitror, aut humilitate quam temeritate. Putatis me scripturarū scientiam habere, qui vix vnquam attigi vel primum limē scientiæ. Displicet enim vobis, vt mihi videtur, quod capitulū scripturæ de quo heri sum locutus, nō sum ad finem vsq; persecutus, quāsi illa mihi sit facultas, vt valeam scripturās explanare, aut etiam explanationes aliorum dignè & congruè ad memoriam reuocare. Sed neque hoc mihi solet propositū esse, vt scripturam vndē sermonem ordior, exponā: sed vt de ipsa & secundum ipsam sermonem debitum suo diei persoluā. Huc accedit quod magister noster ille interpret spiritus sancti, de toto illo carmine nuptiali loqui instituit, spemq; nobis dedit ex eis quæ iam edidit, quia si peruenerit ad locum de quo quæritis, donec aspiret dies, & inclinentur vmbra: vmbra ipsas ponat in lucem intelligentiæ: quod dictum est vel erit ei in tenebris, nobis dicet in lumine. Vos tamen dicitis & rectè dicitis, quia vetera nobis superuenientibus projicietis: quantōq; magis incondita, seu rancida fuerint vetera nostra, tantō noua illius

sapidiora

lapidiora erūt & gratiora. Nam & ipse Iesus ser-
 uat vinum bonum vsque ad extremum, sciens
 vtiue quomodo nostro sit fastidio medendum.
 Quia igitur cogitis me: nam impatientes dilatio-
 nis vos video, nec spes incerta futuri præsenti sa-
 tis facit desiderio: ecce vobis morē gero, finemq;
 versiculi de quo heri loquebamur, suo prout pos-
 tero reddam principio. Illud enim querere vide-
 mini, quid sit aspirante die spiritali umbras incli-
 nari, cum magis consequēs videretur, vt nō cres-
 cere, sed minui tūc & deficere dicerentur. Nam
 si sequamur proprietatem verbi, hoc est umbris
 crescere, quod inclinari, cum umbrarum eana-
 tura sit, vt quantō inclinantur, tantō procumbāt
 longiores: quantoq; surgunt, tantō stent mino-
 res. Vndē & poeta vesp̄um significans ait: Ma-
 ioresq; cadunt altis de montibus umbræ. Sed
 sciendum, quia cum hæc proprietas umbrarū sit
 corporaliū, longē alia est spiritalium, de quibus
 non dubitamus hic loqui spiritum sanctū. Nam
 sicut corporalibus umbris inclinari est crescere:
 sic spiritalibus hoc est inclinari quod deponi, mi-
 nui, vel deficere. Umbræ autē spiritales sunt um-
 brosi spiritus & tetri, seu dæmonum, seu homi-
 num: umbræ sunt tenebræ errorū: umbræ sunt
 obscuræ significationes veterū sacramentorum.
 Et umbrę quidem significationum iam inclinatę
 sunt ad occasum & finem: umbræ autem errorū
 de die in diem inclinantur ad diminutionē: um-
 bræ verō tenebrosorū spirituum tandem incli-
 nabuntur in infernum & mortem. Primū quidē
 factum

Virg. Euc-
 licorū Ec-
 loga pri-
 ma.

Umbræ spi-
 rituales,
 nequā spi-
 ritus.

IN NATA APOST. PET. ET PAV.

factum est, cum dies æternus aspirauit, apparet in carne: secundū quotidie fit cum magis ac magis aspirat illustrans veritate: tertium nouissimē fiet, cum aspirabit rutilans in maiestate. Videre autem mihi videor & alias umbras intra nos, quæ velut in quodam speculo de rebus alijs nascuntur in sensu nostro, & obumbrant nobis, vel obumbrant nos. Obumbrant nos quæ refrigerant & obsecrant nos: obumbrant nobis quæ refrigerant & illuminant nos. Istæ quidem noxiæ & graues, illæ delectabiles & salubres. Istæ namq; de inferioribus sunt & mundanis, illæ de superioribus & diuinis. Anima nempe humana in quodā medio condita & posita est: vt sub ipsa esset mūdus, supra ipsam Deus. Supra ipsam, à quo & ad quē & propter quē facta est: sub ipsa, quod propter ipsam factū est. Nam sicut propter animam corpus, sic propter corpus domus eius: id est, mūdus. Cum igitur incuruatur ad corporalia vel mundana, ascendūt in eam umbræ de inferioribus: cum erigitur ad diuina, inclinantur super eam umbræ de superioribus. Illius enim rei quā cogitat, umbram sibi format. Quanquam de diuinis satis dubia umbra est, quantumcūque cogitationis exacuatur acies: aut certē non umbra ipsius rei, sed aliud pro illa est, nisi cum aspirat dies ille. Nam tunc quoque non videtur, vt arbitrator, nisi umbra, quæ & si luminosa, & si gloriosa est, tamen umbra est: sicut cum in facie speculiterfa & lucida, splendidissimę rei splendēs imago resultat. Cæterum videre faciem veritatis ipsius, vel ve-

Anima hu-
mana in
medio quo-
dam con-
stituta.

vel ve-

vel veritatem faciei eius, sicut nunquā erit huius corporis: ita nec modō est huius temporis, nec aliquando erit, donec corpus dissoluet mortalitas, aut absoluet immortalitas, & tempus absorbebit æternitas, & spiritū qui nūc grauatur corpore & mutatur tempore, subleuabit ad se, & firmabit in se immortalis & immutabilis diuinitas. Initiū huius gratiæ, & perfectionē illius gloriæ, Paulus satis propriē distinguebat, cū dicebat: *1. Cor. 13.* Videmus nūc per speculū in ænigmate, tunc autē facie ad faciem. Vt autē & hoc ipsum sit, scilicet vt videamus per speculū & in ænigmate, opus est nō solum vt facies speculi nostri ab omni phantasmate & vmbra corporalium tersa sit: sed etiā vt ille sublimis, habitans lucē inaccessibilē, dignetur ad nos inclinari, & vel per vmbra suā imaginis manifestari. Quantumcūq; enim contendamus à visibilibus ad inuisibilia, nihil nostra apprehendet humilitas, nisi condescendat illa maiestas. Moyses ascendit in montem, & Dominus inclinauit cælos & descendit. Et alius, Exurge, *Psal. 58.* inquit, in occursum meum & vide. Ideo nec vmbra videtur, nisi inclinetur: nec inclinari dicitur, nisi aspirante die: quia neque per speculum & in ænigmate possumus Deum videre, nisi inclināte se maiestate, & aspirante fauore gratiæ. Sanē hoc ipsum quod vmbra vocatur, comparatione manifestæ veritatis, ineffabilis plerunque gloriæ est & splendoris, in illis scilicet quorum est perlucidum speculum mentis. Cuius foelicis experiētiæ Paulus sibi conscius, de se sibiq; similibus loquebatur,

IN NATA. APOST. PET. ET PAV.

2. Cor. 3. batur, Nos verò omnes gloriam Domini speculantes, in eandem imaginē transformamur à claritate in claritatem, tanquam à Domini spiritu,
- Esa. 58. Sic enim in promissione dictū est: Implebit splendoribus animam tuam. Vt autem claritates istas
- Psal. 101. umbras esse noueris, audi Dauid: Dies mei, inquit, sicut umbra declinauerūt. Transibat quidē & ipse Dauid de claritate in claritatē, tanquam de die in diem, Sed heu, tam breues & obscuros dies tam longas & laboriosas noctes habet hyēs ista, vt & propheta laborās in gemitu suo, lauānsque per singulas noctes lectum lachrymis, meritò plangat: Dies mei sicut umbra declinauerūt. Prorsus melior est dies vna in atrijs tuis super milia dierum meorum, quia dies mei sicut umbra quāuis lucida: dies illa vna, lux vera & mera: sicut sine umbra, sic sine vespera: cūm dies meos faciat plurimos & breuissimos absidua longarū noctium interpolatio. Caterum si quærat cur umbræ pluraliter dictæ sint, cūm res ipsa cuius umbræ sunt vna sit, ideo nimirum, quia nūc minus nunc amplius nobis altissimi virtus obumbrat: nunc obscurius, nūc manifestius veritas sese nobis innotescens adumbrat: & sicut non æqualiter semper spirat, ita nec similiter semper nobis imagines format. Hoc & Apostolus innuit qui transire se confitetur à claritate in claritatem, à minore, scilicet in maiorem: & propheta qui nō splendore, sed splendoribus implendam promittit fidelē animā. Sic Iacobus Deum memorat patrem luminū, cūm lumē cuius pater est & vnum
- sit &

Jacob. 1.

fit & vnicum. Quanquam sic possit intelligi pater
luminum, quomodo pater misericordiarum. Iam
verò vos fratres qui laboratis portantes pondus
diei & æstus, vel secundum Esaïam, in spiritu ve-
stro duro meditamini per diem æstus, ad umbras
istas placet inuitare: quas ille dies serenus aspi-
rans rorem misericordiæ cupit æstuantibus in-
clinare. Audite ipsum diem, ad umbrarum refri-
geria clementer vos inuitantem: Venite ad me *Matth. II.*
omnes qui laboratis & onerati estis, & ego refi-
ciam vos. Seruus enim sub sole laboras, ut ait Iob *Iob 7.*
desiderat umbram, in qua scilicet à labore recreet-
ur ad laborem, vel per horam dimidiam qua si-
lentium fit in cælo: quam cum obtinuerit indul-
gentia Prioris sui, gloriatur & dicit, Sub umbra
illius quam desiderabam, sedi. In qua nimirum
umbra, quia non sola sessio est ad quietem, sed
etiam refectio ad facietatem, congruè subdit: Et
fructus eius dulcis gutturi meo. Sic enim dictum
est per prophetam, Conuertantur sedentes in um-
bra eius, viuent tritico, & germinabunt sicut vitis. *Osée 14.*
Seruus seu mercenarius quæ sæpius hæc umbra
recreauerit, lōganimiter præstolabitur finem ope-
ris sui: sic enim habes, Seruus desiderat umbram,
& mercenarius præstolatur finem operis sui. In
umbra quidem non finis, sed pausatio. Finis enim
erit operis remuneratio, cum euacuatis omni-
bus umbris, videbimuseum sicuti est: cui modò
dicimus, In umbra tua viuemus inter gentes: in- *Thren. 4.*
ter angelos nempe, non in umbra, sed in luce ma-
nifesta. Hoc autem notandum, quod cum umbræ

Y illæ de

illæ de superioribus inclinatur supra nos, vmbra
 istæ de inferioribus inclinatur infra nos. Cum
 enim diuinis propinquamus, mundana supera-
 mus: & quatenus vel ad vmbra lucis accedimus,
 eatenus mortis vmbra euadimus. Lux enim &
 vita in cælo, mors in inferno: vmbra autem mor-
 tis in hoc terreno & tenebroso loco. Cum igitur
 spiritus altius nos eleuat inter terram & cælum,
 non tangimur vmbra terrenorum: & licet non-
 dum plena luce fruamur cælorum, tamen vmbis
 illuminamur montium æternorum: vel certè mon-
 tis illius vmbrosi & condens, de quo venit san-
 ctus sanctorum. Mox tamen pondere nostro, in
 regionem vmbre mortis reuoluimur, vbi & diu-
 tissimè sedere cogimur, donec visitatione orien-
 tis ex alto consolemur. Cogimur inquam, & vti-
 nam cogamur & non delectemur: vtinam quod
 patimur, necessitatis tantum sit, non etiam volun-
 tatis aut voluptatis. Sed heu tam facilè, tam li-
 benter proijcimus nos, & obdormiscimus sub
 graui vmbra iuniperi spinosæ & infructuosæ ar-
 boris, tam negligentes & securi torpescimus &
 immorimur curis & desiderijs huius mundi. Pro-
 pterea Leuiatham qui sub vmbra dormit, cubile
 sibi, nisi præcaueamus, ponit in nobis: quia vides
 licet amicas sibi vmbas huius seculi inuenit in
 sensibus & affectibus nostris. Istæ siquidem vmbra,
 teste Iob, protegunt vmbra eius, quia ni-
 mirum curæ & desideria secularia quæ sunt in
 nobis, vmbra nobis abscondunt imminentis
 damnationis, vt eam non præuideamus, donec
 in ipsam

Iob 40.

Ibidem.

in ipsam impingamus. Aspira ô dies dierum, ob-
umbra supra caput nostrû in die belli, inclina su-
per nos vmbras salutis & refrigerij: & inclinen-
tur subrus nos vmbræ torporis & tædij, imò cæ-
citatis & mortis. Et licet contingant nos vmbræ
de cogitatione terrenorum, non nos contegant
tenebræ, id est, vmbræ crassiores de amore eorû:
sed semper respirem^{us} in luminosum amorê tuû,
ô pater luminum, qui viuis & regnas per omnia
secula seculorum. Amen.

In Assumptiõe

sanctæ Mariæ sermo I.



ENI ELECTA mea,
& ponam in te thronũ meũ.
Multi vocati, pauci verò ele-
cti. Beati quos elegisti Do-
mine habitabũt in atrijs tuis
imò tu in eis habitabis, tu in
eis regnabis, thronumq; re-

gni tui in eis collocabis. Sanè omniũ beatorum
beatissima est Maria, quæ de numero omnium
electorũ singulariter est electa & præelecta: quo-
niam elegit eam Dominus, elegit eam in habita-
tionem sibi dicens, Hæc requies mea in seculum *Psal. 131.*
seculi: hic habitabo, quoniam elegi eam. Habitauit in ea nouẽ mensibus, habitauit cum ea & sub

Y ij ea, annis

IN ASSUMPTIONE B. MARIE

ea, annis pluribus. Habitans in ea replebat eam
singulari gratia charismatū, habitans cum ea pas-
cebat eam incomparabili piorum suauitate mo-
rum, & diuinorum desiderabili sapientia sermo-
num. Nunc autem & in ea & cum ea, sicut inter-
minabili æuo, sic incomprehensibili modo habi-
tans, satiat eam beatificantium gloria visionum:
foris quidem glorificatæ carnis formā exhibens,
intus autem formā verbi glorificantis imprimēs.
O Maria non vocaberis ait Dominus, vltā de-
relictā, & terra tua non vocabitur vltā desolata,
vt quia virgo, ideo sis infœcunda: Sed vocaberis
voluntas mea, id est, dilectus filius meus in ea,
quia complacuit Domino in te, & terra tua inha-
bitabitur, Habitabit enim iuuenis in virgine, &
habitabit in te filius tuus, imò si magis placet, vt
non recedamus à verbis scripture, habitabunt in
te filij tui. Quid hæretice caput erigis? Quid my-
sterium pietatis, ad occasionem perfidiæ rapis?
Vnum quidē genuit, qui sicut vnicus est patri in
cœlis: ita vnicus est matri in terris. Neque enim
sicut tu impiè blasphemās, alios postea filios ge-
nuit: sed intemeratum manet, sicut signaculum
perpetuæ virginitatis in matre, ita sacramentum
catholicæ vnitatis in prole. Ipsa tamē vnica virgo
mater, quæ se patris vnicum genuisse gloriatur,
eundem vnicū suum in omnibus membris eius
amplectitur, omniumq; in quibus Christum suū

*Eua nouer-
ca non ma-
ter.*

formatum agnoscit, vel formari cognoscit, ma-
trem se vocari nō confunditur. Eua vetus illa, nō
tam mater quàm nouerca, quæ filijs antē propi-

nauit

nauit præiudicium mortis quàm initiũ lucis, di-
 cta est quidem mater cunctorum viuentium, sed
 inuẽta est verius interfectrix viuentium, seu ge-
 nitrix morientiũ: cùm suum generare nihil aliud
 sit, quàm mortem ingenerare. Et quia illa nõ po-
 tuit fideliter interpretari nomẽ suum, ista imple-
 uit mysteriũ: quę & ipsa sicut Ecclesia cuius for-
 ma est, mater est omnium ad vitam renascentiũ.
 Mater siquidẽ est vitę, qua viuũt vniuersi: quam *Maria, ma-*
 dum ex se genuit, nimirum omnes qui ex ea vi- *ter est vis*
 eturi sunt, quodammodo regenerauit. Vnus ge- *ta.*
 nerabatur, sed nos omnes regenerabamur: quia
 videlicet secundum rationem seminis, quo rege-
 neratio fit, iam tunc in illo omnes eramus. Sicut
 enim in Adam fuimus ab initio propter semen
 carnalis generatiõis: sic in Christo ante initium,
 propter semen spiritalis regenerationis. Porro
 beata mater illa Christi, quia se matrẽ Christia-
 norum cognoscit ratione mysterij: cura quoque
 se matrem eis præstat & affectu pietatis. Neque
 enim duratur ad filios, quasi nõ sint sui, cuius vi-
 scera semel quidẽ fœta, sed nunquã effœta, nun-
 quam desinũt fructum parturire pietatis. Benedi-
 ctus siquidem fructus ventris tui, grauidam te
 õ pia mater inexhausta pietate reliqt: ex te qui-
 dem semel nascens, sed in te semper manẽs & af-
 fluens, & in horto concluso castitatis, fontem si-
 gnatum charitatis semper abundare faciens: qui
 licet signatus sit, foris tamen deriuatur, & in pla-
 teis aquę eius nobis diuiduntur. Licet nanque
 fons charitatis proprius Ecclesię, incõmunica-

IN ASSUMPTIONE B. MARIE

Esa. 62.

bilis sit alienis, beneficium tamen eius impartire
gaudet etiam inimicis. Denique si seruus Christi
filiolos suos iterum atque iterum parturit, cura
atque desiderio pietatis, donec formetur in eis
Christus, quanto magis ipsa mater Christi? Et
Paulus quidem genuit eos, verbū veritatis quo
regenerati sunt prædicando: Maria autem longè
diuinius atq; sanctius verbū ipsum generando.
Laudo quidem in Paulo prædicationis ministe-
rium, sed plus miror ac veneror in Maria gene-
rationis mysteriū. Vide autem si non & filij ma-
trem videntur agnoscere, dictante utiq; ipsis ve-
luti quadam naturali pietate fidei, vt ad inuoca-
tionē nominis eius, primò vel maximè refugiat
in omnibus necessitatibus & periculis, tanquam
paruuli ad sinum matris. Vndè nimirum de his
filijs puto nō absurdè intelligi, quod per ppheta-
tam promissum est ei, Habitabunt in te filij tui:
saluo duntaxat intellectu, quo de Ecclesia hæc
prophetia principaliter accipitur. Et nunc siqui-
dem habitamus in adiutorio matris altissimi, in
protectiōe ipsius commoramur, tanquā sub vm-
bra alarum eius: & postmodum in consortio glo-
riæ ipsius, tanquam in sinu ipsius confouebimur.
Tunc erit vox vna letantium & aggratulantium
matri: Sicut letantium omnium nostrum habita-
tio est in te, sancta Dei genitrix. Nullatenus autē
credideris maioris esse felicitàtis & glorię, habi-
tare in sinu Abrahæ quàm in sinu Mariæ, cum
thronum suum in ea posuerit rex gloriæ. Veni,
inquit, electa mea, & ponam in te thronū meum.

Non

Non poterat signantius, aut elegantius describi *Maria*
 prærogatiua gloriæ eius, quàm vt thronus Dei *thronus*
 regnantis esse diceretur. Nulli siquidem animæ Dei.
 tanta plenitudine, aut familiaritate copiâ sui di-
 uina maiestas videtur indulgere, sicut illi in qua
 specialiter præ cæteris residere delegerit. Disci-
 pulis quidem Dominus loquebatur, qui paupe-
 res facti pauperé sequebantur: In regeneratione *Matth. 19*
 cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ,
 sedebitis & vos super sedes. Alibi quoque pro-
 mittit idem agonothesa noster, de cœlo spectans
 & incitans decertantes: Qui vicerit, inquit, dabo *Apo. 3.*
 ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego vici
 & sedi in throno patris mei. Matri verò cui lon-
 gè differens est meritum, nihilominus differens
 promittit præmium. Veni, inquit, electa mea: &
 ponam in te thronum meum. Parum est, inquit,
 vt iudicanti consedeas, nisi & ipsa mihi sedes fias:
 vt maiestatem regnantis eò fœlicius quò familia-
 rius in te contineas, & specialius præ cæteris in-
 comprehensibilem comprehendas. Continuisti
 paruulum in gremio: continebis immensum in
 animo. Fuiſti diuerſorium peregrinantis: eris pas-
 latium regnantis. Fuiſti tabernaculū pugnaturi
 in mundo: eris solium triumphātis in cœlo. Fuiſti
 thalamus sponsi incarnati: eris thronus regis
 coronati. O fili Dei nihil tibi nihil in illo tuo dis-
 placuit hospitio: quod tam libenter repetit, tam-
 que affluenter remunerat tua dignatio. Nihil uti-
 que in illo sordidum offendisti, quia nulla erat li-
 bido, sed purissima castitas: nihil ruinosum, quia

Y iiij nulla

IN ASSUMPTIONE B. MARIE

Psal. 44.

nulla erat superbia, sed fundatissima humilitas: nihil obscurū, quia exclusa erat infidelitas: nihil angustum, quia diffusa erat charitas. Adornaue-
rat thalamum virgo prudentissima, te regē Chris-
tum non solum hospitē susceptura: sed & spon-
sum habitura. Adornaue-
rat, inquam, multiplici
decore virtutū & gloria, tantō fortasse locuple-
tius, quantō pauperior erat: tantō vtiq; tutius &
verius, quantō interius totum erat. Hunc orna-
tum mirabatur qui dicebat, Omnis gloria eius
filie regis ab intus in fimbrijs aureis, circūamicta
varietate. Et alius, O quā pulchra est casta ge-
neratio cum charitate. Domum tuam decet Do-
mine huiusmodi sanctitudo & decor. Is decor te
inuitauit, vt intrares: illexit, vt redires. Intrās be-
nedictionis gratiam multiplicasti: sed rediēs cu-
mulasti. Cū intrasti, homo natus es in ea: cū
redisti, Deus glorificatus es in ea. Tunc tibi po-
suiisti in ea sacrariū gratiæ: nunc autem thronum
glorię. Dicūtur quidē & sunt alij throni, quidam
scilicet spiritus diuini, præ alijs vt putamus sub-
iectis ordinibus Dei præsentis maiestate pleni:
quorum quæ sit prærogatiua scriptura non ex-
primit, licet innuat ex vocabulo quod nonnulla
sit. Sed & anima cuiuslibet iusti dicitur sedes sa-
pientię. Quę autem nunc est sedes sapientię, pro-
fecto tunc erit & glorię. Sit igitur illud cœli pa-
latium plenum sedibus & thronis, sedeatq; Deus
in omnibus, accommodās se & aptās cuique pro-
meritis. Non immeritō tamē creditur, sine iniu-
ria vel inuidia cæterarum sedium quoddam esse
speciale

speciale regis solum excelsum & eleuatū super gloriam omnium, Mariam dico exaltatam super choros angelorum, vt nihil contempletur supra se mater nisi filium solum, nihil miretur supra se regina nisi regem solum, nihil veneretur supra se mediatrix nostra nisi mediatorē solum : cui nos ipsa precibus suis cōciliet, commendet, & representet vnico filio suo Iesu Christo, cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

SERMO DE EO dem II.



HIERUSALEM nūciate di- *Cant. 5.*

lecto, quia amore lāgueo. Verba ista quæ à nobis hac nocte cātata sunt, qualiter ad assumptionem beatæ Marię possint videri pertinere, volumus si placet cum vestra charitate tractare. Id autē eo genere sermonis faciendū videtur, quo nō modō secularium, sed etiam Ecclesiasticarum auctores literarum nonnunquam vsi sunt: maximē in tractandis canticis, vnde hæc sunt sumpta. Hoc nanque genus sermonis, salua veritate quadam ampliori vtitur libertate, cū videlicet sumpto themate causæ, vt beatus Hieronymus ait, nō tam loquitur quæ reuera facta vel dicta sint, quàm eiusmodi fuisse negotium ostendit: vt ea quæ dicuntur, & si facta vel dicta non fuerint, fieri tamē vel dici potuisse,

Y v aut

IN ASSUMPTIONE B. MARIE

aut etiam in affectu facientis, vel dicentis fuisse
nō absurdè credi possint. Maria igitur migratura
à corpore decūbebat, vt est humana infirmitas.
Porro filiꝝ Hierusalem quæ sursum est, id est an-
gelicæ virtutes, scientes nimirum quia obsequijs
matris captanda est gratia filij, visitabant satis of-
ficiosè ac deuotè dominam suam, matrē domini
sui. Et fortasse aliquid huiusmodi primò post sa-
lutationis officia locuti sunt ei angeli: sicut speciē
humano vultui, ita sermonē humano nimirum
conformātes affectui vel vsui. Quid est obsecro
mi domina, quod sic ægra videris & languida?
Quid est quod præter solitū tristis & pigra, ab heri
& nudius tertius sicut solebas non sancta reuisis
loca, quorū contemplatiōe amorē tuū pascebas?
Iam per aliquot dies non vidimus te, aut rupem
Caluariæ ascendētē, vt ibi locū crucis impleres
lachrymis, aut ad sepulchrū filij adorantē gloriā
resurrectionis, aut in monte Oliueti deosculantē
extrema vestigia ascendētis. Ob hoc ipsum si qui-
dem creditur in valle Iosaphat cōmorata (vbi &
sepulchrū eius mōstratur, vt ait beatus Hierony-
mus) in Ecclesia miro lapideo fabricata tabulatu:
ne scilicet à sanctis locis lōgius recederet, sed sæ-
pius ea inuisens, licet oīa memoria teneret, for-
mā tamen gestorū velut corporaliter in ipsis effi-
giatam locis dulcius amplecteretur, vt vel sic suū
aliquatenus amorem solaretur. Causam itaque
percunctātibus illis, cur ab his modò vacaret, &
ex toto decumberet: languco, inquit. Papē lan-
gues? Languor enim quem locū in corpore tuo
reperit,

reperit, in quo salus mūdi tam diu habitauit? De corpore illius filij tui virtus exibat & sanabat omnes, adeo vt etiam fimbria vestimenti Aemorroissam sanaret, & tu quæ tādīu ipsum in vtero, in sinu, in gremio continuisti, quomodo postea vlli infirmitati, aut languori, vel accessibilis esse potuisti? Non est, inquit, quod id miremini: si illud ipsum corpus filij mei, quale aliquādo fuerit recordemini. Et ipsum enim q̄ infirmū, quātūsvē defectibus subditum fuerit, voluntate tamē, ego noui quæ ipsum in vtero alui, vberibus lactaui, sinu foui: nec solius infantia, sed & sequentium defectus ætatū vidi, & eis vt potui ministravi: ad extremū non sine passione mea, ludibria & supplicia passiōis & crucis aspexi, per singula discēs quām verē de eo noster Esaias dixerit, Verē languores nostros ipse tulit: & dolores nostros ipse portauit. Cur* ego doleam nō eum meo dedisse *Esa. 53.*
 corpori, quod suo non dedit? Non sum ita delicata aut superba: vt quod ille dignatus est pati, ego quantulacūq; ex parte, pati nō possim aut nolim. Et ille quidem misericordie volūtate, ego naturali necessitate. Sanē aliud est sanitas, aliud est sanctitas. Sanctitatē dedit corpori meo, concepti sui corporis sacramento: sanitatē se daturū promisit, suscitati corporis exemplo. Deniq; vt minus miremini languorem meum: amore languo. Languo plus impatientia amoris: quām passione doloris. Plus vulnerata charitate: quām grauata infirmitate. Heu, inquiūt illi, quām frequētes imō cōtinuæ causæ languoris! Bone Iesu quomodo

*ergo

IN ASSUMPTIONE B. MARIE

quomodo hæc mater tua postq̃ te genuit, nunq̃
ferè nisi in languore fuit! Primò languit timore,
postea dolore, nunc amore. Timore à natiuitate
vsque ad passionem, cum semper vitam filij insi-
dijs appeti videret: dolore, toto tempore passio-
nis, donec rediuuium reciperet: nunc amore &
desiderio scèlicius sed miserabilius cruciatur, q̃a
sedentē in cœlo non tenet. Quomodo Iesu bone
qui summi fructus es gaudij, tam longi factus es
illi causa martyrij, vt charissimam tibi ipseus ani-
mam, tot & tam acuti sine cessatione pertranseāt
gladij! Sed obsecramus te domina, quid vis facia-
mus tibi? Vis saltem vt resideat hic iste Gabriel
symmiltes tuus, vt alsideat & ministret tibi, qui
ab initio conscius & minister mysterij tui, custos
quoq; tui cubiculi meruit deputari? Non op̃ est,
inquit. Sufficit mihi virgo meus, nouus in carne
angelus, discipulū dico quē diligebat Iesus, cuius
me dilectionis hæredē reliquit, cum illū mihi &
me illi in cruce cōmēdauit: cuius obsequio nihil
mihi gratius, quia conuersatione & affectu nihil
castius, moribus nihil suauius, nihil syncerius fi-
de, nihil sanctius sermone. Nos ergo, aiunt illi, in
quo tibi esse poterimus officiosi? Filię, inq̃r, Hie-
rusalē, nūciate dilecto, quia amore langueo. Ipse
nouit quomodo meo medendū sit languori. At
nostri, inquiūt, quia cum sciat oīa, de multis quasi
nescius interrogat. Si ergo quæsierit qd illud sit
quod tuo vulnere velis adhiberi, quid responde-
bimusei? Sodales, inquit, estis spōsi, Gabriel iste
meus paranympus, nō puto vobis esse celandū
amoris

obomop

amoris

amoris mysteriū. Dicam igitur tantū ne iudicer temeraria, quōd maiora me querere videar. Osculetur me osculo oris sui. Si qd mihi conscia essem, contēta essem cum Maria Magdalene osculo pedū, vbi indulgētia sumitur delictorū. Sed qā in omni vita mea nō me reprehēdit cor meū, nō puto me arroganter flagitare de osculo oris, gratiā gaudiorū. Cur aut arrogās videar, si illud os mihi reposco, quod de me sibi formauit ipse conditus & cōditor? Cū paruulū tenebā inter brachia, quotiēs osculari speciosum formā prae filijs hominū mihi libebat, satis licebat: nunq faciem auertebat, nunq matrē repellebat. Et si fortassis impatientia desiderij eram nimia: ipse tamē more suo, morem matri gerebat. Gaudebat eam replere gratia, quæ diffusa erat in labijs eius, & dulcedine qua totus erat plenus, totus concupiscentia, & desideriū, castarū scilicet animarū. Vnde sicut ipse de se confitetur, Qui edūt me adhuc *Eccl i 24.* esuriēt, & qui bibūt me adhuc sitiēt: quanto gratiā oris illius gustavi suauius, tātō nimirū repeto nūc ardentius. Creuit quidē gloria & maiestate: sed nihil ab illa ingenita mutatus est mansuetudine & bonitate. Nihil ad illū illud superbię secularis elogiū: Honores mutant mores. Sublimior est, sed nō supbior: Gloriosior, sed nō dedignantior. Nō fastidiet matrē quā elegit, nec æternā electionē suā, nouo iudicio reprobabit. Ne timeas Maria, ait Gabriel more suo: inuenisti enī gratiā apd Deū. Etiā in cæteris q lōgē iacēt tuis sub vestigijs, p̄bare cōsuevit improbitatē hui⁹ affectus & precis:

IN ASSUMP. B. MARIE SER. II.

& precipis: qui nihil nimium, aut iniuriosum sibi deputat, quod in eum vera duntaxat charitas presumat. Et conuersus ad sociam multitudinem, eam⁹, inquit, eamus: ne ipsi filio facere videamur iniuriam, si gloriam matris differamus. Cum ergo reuersi nunciassent hec Domino suo, quod putamus Iesum nistale aliquid locutus: Ego sum qui patrem & matrem filijs honorandos commendauimus, ego ut facerem quod docui, & exemplo essem alijs, ut patrem honorarem, in terram descendere: nihilominus ut matrem honorarem, in celum reascendere. Ascendi & preparaui ei locum, thronum glorie: ut a dextris regis regina coronata consideat in vestitu deaurato, circumdata varietate. Neque hoc dico quod in parte thronus ei collocetur: quin potius ipsa erit thronus meus. Veni igitur electa mea, & ponam in te thronum meum. In te mihi quandam regni sedem constituam, de te iudicia decernam, per te preces exaudiam. Nullus mihi plus ministravit in humilitate mea: nulli abundantius ministrare volo in gloria mea. Conicisti mihi preter alia quod homo sum: concubabo tibi quod deus sum. Flagitabas osculum oris, quinimmo tota de toto osculaberis. Non imprimam labia labijs, sed spiritum spiritui osculo perpetuo & indissolubili: Quia concupitui speciem tuam, etiam desideratius quam tu meam, nec satis glorificatus videbor mihi, donec tu conglorificeris. Gloria tibi Domine Iesu, subintulit chorus angelorum. Gloria tibi Domine Iesu, ingeminet cœtus fidelium. Glorificatio matris tibi preciat ad gloriam, nobis ad veniam: te prestat cui est honor & gloria, per omnia secula seculorum. Amen.

¶ SER.

SERMO DE EO

dem III.



N OMNIBVS requiē quæ- *Eccl'i 24.*

siui. Grata quies fessis. Grate igitur & oportunē vobis qui fessi estis dies iste quietis & feriatiōnis interuenit, vt dum sanctę Dei genitricis requiem celebramus,

non solū corpora recreētur hac diurna quiete à labore mēsis, sed etiam corda respirent in recordationem & amorem illius eterne quietis. Et ibi tamen o fratres, ibi etiam metetis, sed requiē metetis qui nunc laborem huius mēsis seminatis: fructus huius laboris, illa requies erit: requies à labore, merces pro labore, cuius etiam recordatio fideles vires reparat in labore. Umbra est æstuantibus, cibus esurientibus. Sic enim ait illa, quæ memoriam abundantię suauitatis eius erubabatur. Sub umbra illius quem desiderauerā sedi, *Cant. 2.*

& fructus eius dulcis gutturi meo. O qui laboratis, o qui portatis pondus diei & æstus, sub umbra alarum Iesu inuenietis requiem animabus vestris, firmamentum, vt scriptū est virtutis, tegimen ardoris, vmbraculum meridiani: vt ex sententia cordis sit illa cōfessio oris: Domine Domine virtus salutis meę, obumbrasti super caput meum in die belli, in die æstus & laboris, certaminis & tentationis. Cū enim meditatio eterne requiei capitibus laborantium obumbrat, nō solū ab

Psal. 139.

IN ASSUMPTIONE B. MARIE

Gene. 49.

*Reges sem
per quæ=
renda.
Heb. 4.*

*Requiem
mali habet
re neque=
unt.*

solum ab æstu tentationum refrigerat, sed etiam ad laborē animos innouat: iuxta illud quod scriptum est de asino forti Ysachar. Vedit requiem quod esset bona, & terram quod optima, & supposuit humerum ad portandum: id est, desiderio illius quietis & hæreditatis sponte humiliavit se ad laborandum. Et iste ergo dicere potuit, In omnibus requiem quæsiui, & in hæreditate Domini morabor. Fœlix qui in omnibus laboribus & vijs suis requiem quærit beatam: semper festinans ingredi, vt Apostolus monet, in illā requiē, eius desiderio corpus affligens, animum autem iam illi requiei parans & componens: cum omnibus hominibus, quod ex ipso est, pacem habens, requiem & otium Mariæ voluntate præeligans: laborem autem & negotium Marthę necessitate quidem suscipiens: sed quanta præualet pace & quiete spiritus adimplēs, & semper ad illud vnū necessarium de illa multiplici distractiōe sese recolligans. Homo huiusmodi etiam cū laborat, quiescit: sicut ediuerso impius etiam cū quiescit, laborat. Quomodo enim quiescerēt, quibus Deus immittit rotam malorum: quibus iurauit in ira sua si introibunt in requiem meam? Extra illam nō est nisi afflictio & miseria, & in circuitu eius tempestas valida: sicut & in natura rerū fit, vt quicquid extra simplicitatem & vnitatē puncti fuerit, in motu & agitatiōe sit: tantoq; concitatiore quilibet circulus impetu rotetur, quanto ab immobilitate principij sui, id est, à medietate centri recesserit longius. Sanē in circuitu impij ambulant,

ambulant, quibus Deus immittit rotam malorum, ideoque in illam internam & æternam requiem intrare non possunt. Ideo contritio & infelicitas in vijs eorum, quia viam pacis non cognouerunt: quia nec quæsierunt, vt dicere possint, In omnibus requiem quæsiui: vt videlicet in multiplicitate actuum suorum quibus turbantur & turbant, vnum quod est necessarium cogitēt aut requirant. Iustorum potius est vox illa, qui & dicere possunt. Vnam petij à Domino hanc requiem: *Psal. 26.* vultum tuum Domine quæsiui, vultū tuum requiram: qui non nisi quietis illius amore laborant, qui omnino præoptāt ingredi putredinem in ossibus suis, vt requiescant in die tribulationis, quam in bonis ducere dies suos, & in puncto ad infernum descendere. Si quis tamē curiosius inquirere velit, cuius potissimum vox illa sit, In omnibus requiem quæsiui: vox est vtique sapientiæ, vox est Ecclesiæ, vox est Mariæ, vox est cuiuslibet sapiētis animæ. Sapientia in omnibus requiem quæsiuit, sed in solis humilibus inuenit: Ecclesia in omnibus mūdi nationibus requiem quæsiuit, sed in solis credentibus inuenit. Maria sicut & quælibet fidelis anima, in omnibus actionibus suis requiem quæsiuit, sed hodie demum inuenit, cum post persecutionē Herodis, & fugā Aegypti, post tot insidias & atrocitates Iudaicæ impietatis, post tot passionēs suas, de passione & morte filij, postquam tot & tam acerbi ipsius animam pertransierunt gladij, tandem hodie dicere datum est ei: Conuertere anima in requiem
 Z tuam,

IN ASSUMPTIONE B. MARIE

tuam, quia Dominus benefecit tibi. Quid creauit me, creatus ex me, requieuit in tabernaculo corporis mei, negare non poterit mihi requiem cœli fuit. Qui enim gratiã vitro cumulat alijs, par pari quomodo nõ referet matri? Perge Maria, perge secura in bonis filij tui, fiducialiter age tanquam regina, mater regis & sponsa. Requiẽ quærebas, sed amplioris gloriæ est quod tibi debetur, regnum & potestas: Indiuisum habere tecum cupit imperium, cui tecum in carne vna, & vno spiritu indiuisum fuit pietatis & cœnitatis mysteriũ: dum scilicet saluo honore naturæ, geminato munere gratiæ, iuncta est mater in matrimonium. Requiesce igitur ô fœlix inter brachia spõsi, replicabit tibi (ni fallor) inter amplexus & oscula, quàm suauiter requieuerit in tabernaculo corporis tui, quàm suauis in cubiculo cordis tui. Non est iniustus Deus. ô fratres, vt obliuiscatur operis boni, viuit semper apud eum memoria beneficij semel accepti. Beatus apud quẽ Deus vel semel requiem intenerit, in cuius tabernaculo vel hora vna requieuerit. Ecce nunc quoq; sapientia clamat in plateis, In omnibus requiẽ quæsiui, pulsui, nec fuit qui aperiret: vocaui, nec fuit qui responderet. Filius hominis factus secundum prophetam velut vir vagus, & quasi viator declinãs ad manendũ, nõ habet vbi reclinet caput suum, foris stat plenus caput røre, & cincinnos guttis noctium. Quis ille in nobis tam humanus atque hospitalis, vt surgat & aperiat ei, & inducat in cubiculum suum, aut certẽ ostendat ei cœnaculum grandẽ

Hiere. 14.

manu

grandẽ

grandè stratum, vbi cum discipulis pascha manducet nouū? Hoc enim dico fratres, nisi requiem quam querit inuenerit apud nos, nec nos optatā requiē inueniemus in illo. Ait quidem Dominus per prophetam. Hęc est requies mea, reficite lassum, & hoc est meum refrigerium. Beatus qui intelligit super ægenum & pauperē: in die mala parabit ei Dominus, vicissitudine debita, requiē & refrigerium. Si ergo humanitatem membrīs suis exhibitam Deus imputat sibi, quantò magis quod ipsius sit spiritui, cum gratiarū actione recolet, hospes, inquires, fui & suscepistis me? Nā quid enim multorum paupertas sanctorum, quę vagos colligere, esurientes pascere non sufficit, Domino qui magis apud pauperes hospitari consuevit, inhumana & inhospitalis erit? Super quē aut requiescā, inquit, nisi super humilē & quietū & timentē verba mea? O humilitas angustia tibi, ampla diuinitati, pauper & insufficiens tibi sufficiens ei quē non capit orbis: copiosē ac delitiosē reficiens illum qui & angelos pascit. Super quem, inquit, requiescam nisi super humilem? In omnibus requiem quæsiui: sed apud humilē ancillam inueni. Nō est inuenta similis illi in gratia humilitatis: ideo in plenitudine humilitatis requieuit etiam corporaliter omnis plenitudo diuinitatis. Quanquam aliter requieuerit in filio, quia & si mater humillima, longē tamen filius humilior. Idcirco spiritus septiformis non solum super ipsum requieuit: sed etiā omnibus qui mites & humiles ab eo esse didicerūt, diuersas in eo foelices.

IN ASSUMPTIONE B. MARIAE

*Christus
reclinato-
riū nostrū.*

simæ quietis mansiones præparauit, imò totū ipsum quoddam aureū fecit reclinatoriū ad quiescendum. Huius nimirum reclinatorij beatissimā requiem visus est quādam specie prælibasse, qui supra pectus eius meruit in cœna recūbere. Sed adhuc libet intueri: quā plenū rationis & congruētiae sit quod ait, super quem requiescam, nisi super humilem & quietum. Quomodo nanq; super inquietū aliquid quiesceret, quomodo super basem, quæ nutaret aut vacillaret, columna immobilis staret? Quis autem nisi humilis, quietus esse potest? Quis nisi humilis in pace quieti & modesti spiritus, seipsum possidere potest? Impium projicit vêtus à facie terræ, circumferturq; omni vento doctrinæ. Impius, inquit propheta, quasi

*Nemo ge-
tus, nisi hu-
milis.*

Esa. 57.

mare feruens, quod quiescere nō potest. Feruet ira, æstuat auaritia, intumescit superbia: seipsum iugiter pugna quatit intestina, ac seditione collidit domestica. Vt ergo requiescat in vobis o fratres mei amator ille largitorq; quietis: date opera

*1. Thes. 4.
Vt quieti si-
mus, dāda
est opera.*

nam modo istud erit? Dico, inquit, vobis: Vt vestrum negotium agatis, & operemini manibus vestris. Opus est onus quo veluti pondus nauibus, ita quies & grauitas inquietis additur cordibus: sed exterioris hominis fundatur atque componitur status. Magnorum initium malorum est, sicut legistis, mulier vaga, quietis impatiens, nec valens consistere in domo pedibus suis: nūc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians. Nec sine causa est quod magister gentium hoc inquietu-

Prover. 7.

dinis

dinis malum sic habet suspectum : vt non solum
 correptione, sed etiam separatione censeat illud
 persequendū. Rogamus, inquit, vos fratres, cor-
 ripte inquietos. Et itē in secunda ad eisdē The-
 salonicenses inter alia quæ super inquietos velut
 ē cœlis tonabat: audiuius, inqt, inter vos quos-
 dam ambulantes inquietē, nihil operātes sed cu-
 riosē agentes. His qui eiusmodi sunt denuncia-
 mus, vt cum silentio operātes, suum panē man-
 ducēt. Quod si quis nō obēdit verbo nostro per
 epistolā, hunc notate: & ne commisceamini cum
 illo, vt cōfundatur. Si quis fortē, quod absit, eius-
 modi inuenitur inter vos, pulchri⁹ & honestius,
 antequam tam grauitē & publicē noetur, vltro
 confundetur: inde scilicet, quia notabilis est, &
 dissimulatur: reprehēibilis, & toleratur. Sic au-
 tem confundatur, vt confusione corrigatur, cor-
 reptionē lætetur, lētificetq; nō modo nos, sed spi-
 ritū Dei: qui cū dicat, in omnibus requiē qua-
 siui, non inuenit eam nisi in quietis, nec præstat
 nisi quietis. Vndē & inquietos per prophetā re-
 uocat & compescit: si reuertamini, & quiescatīs,
 salui eritis. Omnes ergo pariter sic operam de-
 mus, vt quieti simus, vt in quiete nostra semper
 in meditatioē æternæ quietis occupemur: ac de-
 siderio illius ad omnem parati laborem inuenia-
 mur. Hoc nobis impetret beata Dei genitrix cu-
 ius requiem celebramus, ab eo qui requieuit in
 tabernaculo corporis & cordis eius. Ipse est re-
 quies æterna Christus Iesus: cui est honor, &
 gloria per omnia secula seculorū. Amē.

Esa. 30.

Z iij q SER-

SERMO DE EO
dem III.

Luce 10.



MARIA optimā partē elegit. Hoc de Maria sorore Marthæ scriptū est: sed in Maria matre Domini hodie plenius & sanctius impletum est. Hodie nanq; beata virgo Maria optimā partē elegit, inō quam dudū elegerat, hodie perpetuō possidentem accepit: vt scilicet inseparabiliter adhæreat Domino, perenniterq; fruatur Dei verbo. Nec alienū aut incongruū si quod de illa Maria dictū est, in istam transsumatur: cū ad conuenientiā transformationis, similitudo nō solum nominis, sed etiā operis suffragetur. Illa siquidem Dominum hospitio tecti, hæc thalamo suscepit vteri. Et qui creauit me, inquit, requieuit in tabernaculo meo. Illa sedēs secus pedes Domini audiebat verbum illius: hæc sedula circa curam humanitatis eius, cōseruabat omnia verba quæ de illo erant, conferens in corde suo. Sed & cū euangelizans circūiret Iesus ciuitates & castella, Maria comes indiuidua vestigijs eius adhærebat, pendebatq; ex ore docentis: adeo, vt nec procella persecutionis, nec horrore supplicij à confectatu filij & magistri potuerit absterri. Stabat, inquit, iuxta crucem Iesu, Maria mater eius. Planē mater, quæ nec in terrorē mortis filiū deserebat. Quomodo enim morte terreri pōgerat, cuius

Ioan. 19.

cuius charitas fortis vt mors; imò fortior quàm
 morserat? Planè iuxta crucem Iesu stabat, cuius
 mentem dolor crucis simul crucifigebat, suamq;
 ipsius animam tam multiplex pertransibat gla-
 dius; quātis confossum corpus filij cernebat vul-
 nerib⁹. Merito igitur ibi mater agnita est, & causa
 ipsius, idoneo tutori delegata est, vbi maxime
 probata est. & matris ad filiū sincera charitas; &
 filij de matre vera humanitas. Nā alias velut dis-
 simulasse matrē visus est: siue cū in nuptijs fla-
 gitanti miraculum ait, quid mihi & tibi mulier,
 siue cū in medijs sermonibus euangelij dicēti
 cuidam, ecce mater tua, & fratres tui rōnis stant
 quærentes te: quæ est, inquit, mater mea? Sed &
 matri cū miraculū posceret, sic respondendum
 erat, vt aliud dē quàm à matre se miracula habere
 significaret: & illi qui sermonem euangelij paren-
 tes annunciendo interrompebat, melius respon-
 dere nō poterat, vt videlicet spiritualia carnalibus
 præferenda monstraret. Ac si more suo diceret
 parentibus, occupatū in negotio euangelij quæ-
 rentibus. Quid est quod me quæritis? Nescitis,
 quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse?
 Absit enim vt matrem aspernatus sit: qui tanta
 cura de parentibus honorandis legē dedit. Absit
 inquā, vt in terra fastidierit matrē: cuius ē cœlo
 concupiuit decorē. Imò potius ordinabat in no-
 bis charitatem; tam verbisq; exemplis nobiscum
 agens, vt carnalium affectibus necessitudinē, nō
 solum Dei præponamus dilectionem: sed etiam
 eorum qui Dei faciūt voluntatem. Ille siquidem

Matth. 12.

Christus
 charitatis
 ordinē ex-
 emplis
 docuit.

Z iij affectus

IN ASSUMPTIONE B. MARIE

affectus de cordibus exigitur omniū nostrum,
 quos summi patris adoptauit dignatio: quo fide-
 liter dicamus cum ipsius vnigenito. Quicumque
 fecerit voluntatē patris mei qui in coelis est, ipse
 meus frater, & soror, & mater est. Profrus filijs
 Dei competit vox ista, nec vllū fidelius testimo-
 nium reddit ipse spiritus spiritui nostro quod si-
 mus filij Dei: quam vt sonet de cordibus nostris
 hæc vox vnigeniti Dei. Itaque Mariam quæ se-
 cundum carnem mater erat, alia quoq; ratione
 matrē sibi Iesus probat: quandoquidē & ipsa vo-
 luntatē patris in tantum faciebat, vt de ipsa præ-
 diceret pater, vocaberis volūtas mea in ea. Igitur
 vbi eam visus est ignorasse filius, ibi amplius ho-
 norasse inuenitur: dum ei scilicet materni nomi-
 nis honor duplicatur, pro eò quod eundē filium
 quem aluo gestauerat incarnatū, etiā nūc animo
 gestabat inspiratū. Cæterum cū dilexisset eam
 Iesus, in finem dilexit eam, vt non solū propter
 ipsam finē viuendi, verū & in ipsam finē penē
 faceret loquendi: dum velut inter vltima verba
 testamenti curam matris, cuius debitorē se cog-
 noscebat, charissimo trāscribit hæredi. Sic quip-
 pe inter Petrum qui plus diligebat, & Ioannē
 qui plus diligebatur, hæreditatē suam Christus
 diuisit: vt Petrus sortiretur Ecclesiam, Ioannes
 Mariam. Huic planē competeat hæc portio non
 solū iure propinquitatis, sed etiam amoris pri-
 uilegio testimonioq; pudoris. Decebat nanque
 vt non nisi virgo virgini deferuaret, quatenus &
 virgo beata diuino languens præ amore, floribus
 fulciretur

fulciretur castitatis. & virginitas adolescentis id
interim perciperet remunerationis, vt de contu-
bernio proficeret tantę sanctitatis. Qui etiā, quia
fidelis probatus est in obsequio incorruptę ma-
tris: mysteria quoq; diuinitatis, & arcana verbi
incorruptibilis sibi credi promeruit. Decebat,
inquam, vt matri Domini nō alius obsequeretur
quā dilect^{us} filij, quatenus & mater semper su-
spirās fillum in dilectum filij suauius respiraret:
& discipulus magistrū sibi conquerēs nimis cito
subtractū, magistrā totius veritatis se reperisse
gauderet. Id quē satis cōmodē prouisum, vt scri-
pturus Euāgelium familiarius de singulis con-
ferret cum ea, quę conscia erat omnium: quippe
quę ab initio omnia filij sui diligentius obserua-
uerat, conseruans omnia verba quę de illo erāt,
conferēs in corde suo. Sic nempe se Marthā ex-
hibuit in cura pueri nutriendi: vt nihilominus
Marię partes executā credatur, in studio verbi
cognoscendi. Maximē tamen postquam idem fi-
lius ascendit vbi erat prius, mater absoluta omni
solicitudine tēporali, sanctoq; spiritu (quē prę-
ter singulares illas conceptus sui primitias com-
mūiter cum Apostolis acceperat) plenius illu-
minata: gaudebat nimirū vacare & videre quo-
niā Iesus est Deus. Visio prorsus ineffabilis gau-
dij, summāq; delectationis omnibus qui diligūt
Iesum: sed prę omnibus illi quę genuit Iesum.
Cui sicut singulariter excepta est gratia Deū ge-
nerandi: sic & prerogatiua gloriandi in eo quem
genuit. Omnino singularis atq; incomparabilis

Z v gloria

IN ASSUMPTIONE B. MARIE

gloria virginis matris, videre Deū regem omniū
in diadēmate carnis, qua coronauit eum; vt &
Deum agnoscat & adoret in corpore proprio, &
corpus proprium glorificatū videat in Deo. His
interim, vt opinor cōtemplationibus pascetur
Maria, hanc optimā partem elegerat; quæ nō ab-
lata, sed perfecta est hodie in ea. Quia enim negli-
gens aut segnis non extitit in opere Marthæ, ne-
quaquam vacua derelicta est à fructu Mariæ. La-
bor in actione, fructus seu merces in contempla-
tione. Propterea, inquit, quod laborauit anima
eius, videbit & saturabitur. Vobis hæc dicimus
fratres vt si quis desiderio tangitur illius optimæ
partis, quæ in Maria laudatur, sciat quia hæc præ-
mium est illius quæ in Martha non improbatu-
r: nec æquum est vt præmium ante meritū requi-
ratur. Iacob prius oportet iungi Liæ quàm frua-
tur inplexib⁹ Rachel: sed & ipsum prius vocari
& esse Iacob, quàm Israel. Rectorē, inquit, te po-
fuerunt, curam illorum habere, & sic considera, &
omni cura tua explicita recumbe, vt lateris pro-
pter illos; & ornamentum gratiæ accipias coro-
nam. Labor siquidem operis, seu sollicitudo am-
ministrationis, semina sunt iustitiæ: pro quibus
gaudia metenda sunt ex ore consolantis miseri-
cordiæ. Sic enim ait propheta, Seminate vobis in
iustitia, metite in ore misericordiæ. At enim, Qui
parce seminat, parce & metet. Et qui seminat in
benedictiōe, de benedictionibus & metet. Nul-
lus sanè tam profusa benedictiōe seminabit: sicut
illa benedicta in mulierib⁹, quæ benedictū semen

anolg v. 5

deven-

Esaiæ 53.

Ecclⁱ 32.

Osee 10.

de ventre profudit. Sed semen dicam an fructū?
Melius vtrumq;. Qui enim semen est operanti-
bus iustitiā: fructus erit metentibus gloriam. Se-
men in passione: fructus in resurrectione. Potēs
in terra semen istud, quod cadēs in terram mox
excitauit potentiam suam, vt multum fructū af-
ferret: & in semine illo benedicerentur omnes
gentes. Vndē & ibi sequitur, generatio rectorū
benedicetur. De benedictionibus suis itaq; Ma-
ria metat: & quæ benedictionem omnium gen-
tium seminauit, benedictionem omnium gentiū
singulariter accipiat. Beatam me dicent, inquit, *Luca 2.*
omnes generationes. Parum est hoc. Beatam te
dicent omnes beatorum spirituum ordines. Vi-
derunt hodie ascendentem filiē Sion cœlestis, &
beatam dixerunt, & reginæ laudauerunt eam.
Prorsus de benedictionib⁹ suis hodie Maria me-
tit, quia refusa est spiritualiter in eam omnimoda
benedictio illa, quam de se profudit. Date ei, in-
quit spiritus sanctus, de fructu ventris sui: & sa-
turetur illo quem genuit. O mater misericordiæ
saturare gloria filij tui: & dimitte reliquias tuas
paruulis tuis. Tu iam ad mēsam domina nos sub
mensa catelli. Sicut oculi ancillæ in manibus do-
minæ suæ, ita familia hæc famelica de te præsto-
latur alimoniam vitæ. Per te fructum vitæ com-
municamus in mensa præsentii sacramento-
rum, per te eundem fructum vitæ communi-
mus in mensa perennium gaudiorum, Iesum be-
dictum fructum ventristui: cui est honor
& gloria, per oīa secula seculorū. Amen.

IN NA-

In Natiuitate S.

Mariæ, sermo I.

pl. m. s. f. 12. b.
Eccli 24.



GO QVASI VITIS

fructificaui suauitatē odo-
ris. Natalem beatissimę vir-
ginis matris celebramus, de
qua vita omniū accepit na-
talem. Nata est hodie virgo
de qua salus omniū voluit

nasci: vt natis ad mortē, daret ad vitam posse re-
nasci. Nata est hodie mater noua, quę primę ma-
tris maledictionem dissoluit: vt per istam bene-
dictionem hęreditate possideant, qui per illā sub
præiudicio maledicti æterni fuerāt nati. Prorsus
noua mater quę nouitatem attulit filiis inuete-
ratis, vitiumque sanauit, tam ingenitę quā su-
peradditę verustatis. Prorsus noua mater quę
tam nouo miraculo parit, vt pariat, & virgo sit:
ipsūmq; pariat qui omnia, matremq; ipsam inter
omnia creauit. Mirabilis quidē nouitas fœcundę
virginitatis, sed longē mirabilior nouitas editę
prolis. Nulli enim incredibile iam erit virginem
permansisse quę peperit, qui Deum agnouerit
esse qui natus fuit. Nullatenus siquidem cū in-
iuria maternę nasceretur integritatis, qui etiam
corrupta redintegrare consuevit: nec veritas as-
sumpti corporis, potētia præiudicauit creatoris,

quo

quo minus seruaret sibi, quod plurib⁹ dedit creaturis. Multas nēpe creaturas inuenies nasci sine corruptiōe gignentiu, & quadā voce sua creatori super inuiolabili partu suo perhibere testimonium. Sed loquatur mater ipsa quæ sui cōscia est mysterij, & nos edoceat, quomodo vel quid ipsa genuerit. Loquatur autem non nouæ assertionis argumēto, sed antiquo prophetiæ oraculo: quia, vt ait Petrus Apostolus, etiam miraculis firmior 2. Pet. 1. testis est propheticus sermo. Quid enim minus patet calumniæ, aut suspicionem admittit falsitatis, quā testimonium diuinitus de nondū natis prolatū: Longē igitur antequam nasceretur Maria, vocem ipsius assumebat spiritus, qui in ea fuerat: & tam diuinitatem filij, quā integritatem matris, opus videlicet suū contra blasphemias impiorum defendebat, & in persona ipsius (si modo communē intellectū sequimur) quod nūc audistis dicebat: Ego quasi vitis fructificauī suauitatē odoris. Quod enim personæ sapientiæ, id est, ipsius filij tribuit hæc verba contextus lectionis, sicut ipsi scitis qui regulas nostis scripturarum, nihil huic præiudicat intellectui, quō minus sicut alia multa, possint aptari personæ quoque virginis matris. Sed neque illud ignoratis quod satis superq; suppetāt alia testimonia, familiarius ac manifestius huic negotio seruiēt, sed non erit fraudanda expectatio vestra, de his quæ lectio proposuit hodierna. Respōdeat ergo Maria blasphemis tam pro se q̄ pro filio, cunctasque hæreses solo interimat verbo, & dicat: Ego quasi
vitis

IN NATIVITATE B. MARIE

*Virginitas
flos inuiolati corporis
vis.*

Genes. 27.

vitis fructificauit suauitatem odoris. Ac si aperte dicat: Partus quidem meus non habet exemplū in sexu mulierū, sed habet similitudinē in naturis rerū. Queris quomodo virginitas genuit Saluatorem? Sicut flos vitis odorem. Si corruptum inueneris florem, pro eo quod dedit odorē, violatum crede pudorem, quia edidit Saluatorem. Quid potes calumniari in proprietate similitudinis? Quid enim aliud est virginitas, quā flos inuiolati corporis? Quid aliud est filius virginitatis, quā suauitas odoris? Tu tamen caue ne bono moriaris odore. Bonus enim alijs odor vitæ in vitā, his qui scilicet salui sunt: alijs odor mortis in mortem, his scilicet qui pereunt: nimirū tanquā odor vineæ florentis animalibus venenatis. Sanē suauitate huius odoris refocillabatur spiritus patriarche senis, qui filiū tangens, & fragrantiam Christi sentiēs, de memoria abundantiæ suauitatis illius eructabat, dicēs: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Suauitatem huius odoris odoratus est Deus pater & delectatus, repropitiatus est humano generi, cum filius offerret semetipsum oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis. Hoc suauitatis odore trahimur, cum per conuersionem currimus ad ipsum: hoc trahuntur adolescentulæ, cum per deuotionem currunt post ipsum. Quanquam alius sit odor ille qui de fama prædicationis percipitur: alius odor iste qui de vestimentis vel vnguētis, vel de ipso fortassis corpore eius quodammodo crassior aspergitur. Qui utique nō est aliud

aliud quam virtus quæ de illo exit, quæ pigros
excitat, & feruorẽ amoris innouat, vt ad curren-
dam viam mandatorũ exultare faciat. Quia ergo
tam odoriferũ fructũ edidit, gloriatur Maria &
dicat: Ego quasi vitis fructificauĩ suauitatẽ odo-
ris. Pulchrẽ quasi vitis: inam botrus Cypri dile- *Christus*
ctus suus illi, de quo nõ solum torcular passionis *vitis.*
rubẽs mustum expresit preciosi sanguinis, quo
calix preclarus inebriat, sed & quotidie deuotio
sancta sibi vinum exprimit, quod letificat cor ho-
minis, & inebriat voluptatẽ gaudij & amoris.
Verũ non prius inebriat gustus saporis, quam
trahat suauitas odoris: nec letificat gaudium vi-
sionis, nisi prius alliciat pietas opinionis: quia nisi
crediderimus non intelligemus, nec gustabimus
quoniam suavis est Dominus. Fides siquidẽ est
quæ odoratur, experientia quæ gustat & fruitur.
Ideo fortassis Maria Iesum suum describens per
virtutes ipsius & efficiẽtias, primò suauitatẽ odo-
ris eum nominat: quia videlicet hoc initio Iesus
in nobis habet subsistere, si redolẽtia sanctæ opi-
nionis suæ ad se nos trahat. Quis sit autẽ fructus
vndẽ iste odor prodit, & quo nos trahat, aperit
cũ subdit: Et flores mei fructus honoris & ho-
nestatis. Prorsus iste est Iesus suauitas odoris in-
uitans, honestas sanctificans, honor glorificans.
Suauitas odoris, qua velut ad viam adducimur:
honestas per quam deducimur: honor ad quem
perducimur. Pulchrẽ autem honestas dicitur,
quasi honoris status. Neq; enim honor ille sum-
mæ dignitatis & glorię statũ tũc in nobis habere
posset,

IN NATIVITATE B. MARIE

posset; nisi nunc honestas vitæ & morum sedem ei præpararet. Nullus tunc sicut nunc passim cernitur honorat^{us} sine honestate, sicut nec ullus honestus sine honore. Est ergo Iesus primò suavis odoris; his quos vocat: deinde honestas, his quos iustificat: deum honor illis quos magnificat. Nam quos prædestinavit, hos & vocavit: & quos vocavit hos & iustificavit: Quos autem iustificavit, illos & magnificavit. Talis est igitur dilectus meus, ait Maria: & iste est filius meus o filiæ Hierusalé. Iste est benedictus fructus ventris mei, hunc fructificaverunt flores mei. Nō ait flos, sed flores: quia cum virgo sancta est, flos virginis, tatis in ea multiformis est. In Maria tamen gratia singulari præ omnibus multipliciter floruit, quæ tota pulchra intus. & foris, tota vernabat quadam florulentia & venustate pudoris. Nam & in te quoque si castimonia perfecta sit, non solum reflorescit caro tua, sed & super te totum efflorescit sanctificatio quædam diuina. Non erit aspectus petulans, aut vagus, sed pudicitia floridus: non sermo lascivius aut ineptus, sed verecundia gratus, aut sapientia conditus: Non prurient aures libidine audiendi nova vel turpia, nec palatū desiderio sumendi dulcia: Nō erit incessus inordinatus, sed modestus: non ipse habitus non dicā metreticius, sed neq; superstitiosus, imò religiosus, totusque hominis tui status, sanctimonie gratia florulētus, ut rectè spōso dicere possis, cum eum ad secretum tuum inuitaveris, Lectubus noster floridus Quinimò ipse totus eris quidā flos pulcherrimus,

Cant. I.

11109

cherrimus, qualibus sponsa languorem amoris
sui fulciri ac recreari desiderat, cum ait: Fulcite *Cant. 2.*
me florib^o, stipate me malis, quia amore lagueo.
Huiusmodi iustus etiā cum senuerit in terra ra-
dix eius, & in puluere emortuus fuerit truncus
illius, ad odorem aquæ viuæ in resurrectione, id
est, in re floritione iustorum germinabit sicut li-
lium: & florebit in æternum ante Dominum, flo-
rem de flore, natum virginem, virginis filiū spon-
sum, & coronam virginum, florem, inquam, quo
coronanda est non solum integritas virginū, sed
& castitas continentium: ipsi gloria, per omnia sæ-
cula seculorum. Amen.

SERMO DE EO dem II.



GO MATER pulchræ di- *Eccli 24.*

lectionis & timoris & agnitionis
& sanctæ spei. Meminisse potestis
cum præterito anno loqueremur
de principio lectionis hodiernæ,
non inconuenienter, vt arbitror,

beatæ Dei genitrici nos illud assignasse, saluo ta-
men intellectu illo, quo tota lectio filio eiusdem
propriè competit, id est, Dei sapientiæ. Multo au-
tem manifestius in eo quod modo de eadem le-
ctione proposuimus, eiusdem virginis se demon-
strat vox & persona, si tamen aduertamus, in eo
quod ait, Ego mater pulchræ dilectionis, &c.

a quàm

IN NATIVITATE B. MARIE

2. Cor. 5.

*Formæ in
Christo di
verse.*

quàm pulchrè & commodè filium his virtutum
nominib⁹ describat. Notus erat matri filius: nec
minus utique quàm illi qui dicebat: Et si cogno-
vimus Christum secundum carnè, sed nunciam
non novimus. Primò novit eum secundum for-
mam carnis in qua eum ipsa genuit, sed lôgè hoc
à cognitione illius formæ, in qua pater eum ge-
nuit. In illa visus est aliquando, & non erat ei pe-
cies neq; decor: in ista splendor est gloriæ & can-
dor lucis æternæ, apud quem non est transmuta-
tio, nec vicissitudinis obûbratio. Viso illius for-
mæ incredulis auxit peccatum, viso istius iustis
servatur. in præmium. Igitur inter formâ carnis
& formam verbi, quasi medius de ista ad illâ gra-
dus est, quædam alia forma Christi, spiritalis qui-
dem, sed quam in carne palam exhibuit, forma
scilicet vitæ quam in corpore gessit: ad informa-
tionem eorum qui erât credituri. Si enim secun-
dum exemplar vitæ & morum quod in eo mon-
stratum est, formatus fuerit in nobis Christus,
tunc demum idonei erimus videre non formam
solùm quæ formata est propter nos, sed etiâ illam
quæ formavit nos. Est utique in Christo alia for-
ma corporalis, alia moralis, alia intellectualis.
In corporali frater est, in morali magister est, in
intellectuali Deus noster est. Corporalem susce-
pit, ut impleret sacramentû: moralem exhibuit,
ut præberet exemplum: intellectualem seu divi-
nam reuelabit ad præmium. Quanquam etiâ cor-
poralè tunc cernere, in quâ angeli concupiscunt
prospicere, non minima sit portio gloriæ. Beatus
autem

autem qui nunc amator factus est formæ huius,
 quæ in exemplum est proposita, nam qui scrutator
 est illius quæ in præmium est reposita, oppri-
 metur à gloria. Huius formæ mirator & amator
 factus erat, qui dicebat. Speciosus forma præ filiis *Psal. 44.*
 hominum. Vis scire quia nō formam corporis sed
 cordis, non pulchritudinem membrorū sed mo-
 rum prædicabat? Audi sequentia. Specie tua, in-
 quit, & pulchritudine tua, intēde, prosperè pro-
 cede & regna. Adhuc fortassis dubiū est, nisi ad-
 dat, Propter veritatē, inquit, & mansuetudinem
 & iustitiā. Prorsus hæc est species tua & pulchri-
 tudo tua, qua regnum adquisisti pulcherrimè
 regum, veritas utique sermonum, mansuetudo
 morum, iustitia iudiciorum. Hæc pulchritudine
 facile illexisti & subiecisti tibi etiam corda inimi-
 corum, quippe totus concupiscētia & desiderii.
 Mirabilis triumphus gratiæ, omnino nouum ac
 pulcherrimum genus victoriæ, hostem non per-
 dere ad mortem fortitudine, sed conuertere ad
 amorem pulchritudine. Ecce mundus totus post
 eum abiit concupiscens speciem decoris eius, nō
 quia faciē eius viderit, sed quia tam multa ama-
 bilia de māfuerudine, veritate & iustitia eius au-
 diuit. Ex Sion species decoris eius, quia de syon
 exiuit lex, & verbū Domini de Hierusalē: vnde
 scilicet euangeliū ad nos missum est, in quo quæ-
 dam pulchrior Christi faciēs ostensa est: forma
 scilicet vitæ & doctrinæ, quam & tradidit verbo,
 & in se expressit exemplo. In hac forma nosse
 Christum, interim pietas est Christianorū, cum
 a ij nosse in

IN NATIVITATE B. MARIE

nosse in forma carnis scandalū fuerit Iudeorum:
na nossem forma diuinitatis fœlicitas est, & gau-
dium angelorū. Ideo & Paulus sciens quia caro
non prodest quicquam sine spiritu, videlicet qui
uiuificat, nosse iam Christum secundum carnem
repudiat: nimirum vt spiritui viuificanti studio-
sius totus intendat. Hoc ipsum & Maria sapere
videtur, quæ dilectum vteri sui, dilectum voto-
rum suorū insinuare cupiēs affectibus omnium
describit eum non secundū carnē, sed secundum
spiritū quasi diceret & ipsa: Et si cognoui Chri-
stum secundum carnem, sed nunc iam nō noui.
Cupit namq; & ipsa formare vnigenitū suum in
omnibus filiis adoptiōis, qui & si geniti sunt ver-
bo veritatis, nihilominus tamē parturit eos quo-
tidie desiderio & cura pietatis, donec occurrant
in virū perfectū in mensuram plenitudinis æta-
tis filij sui, quem semel parturuit & peperit, imō
vt Esaias ait, Antequam parturiret peperit: quia
peperit sine dolore, nec experta est difficultatem
& mo-
lestiā parturitōis, cum pareret gaudij fru-
ctum etc. ^{ni.} Hunc igitur commendans nobis sic
ait, Ego mater pulchræ dilectionis & timoris &
agnitiōis & sanctæ spei. Ergo ne est iste filius tuus
o virgo virginum. Ergo ne talis est dilectus tuus
o pulcherrima mulier. Planē talis est dilectus
meus, & ipse est filius meus o filia Hierusalem.
Dilectus meus est pulchra dilectio in seipso: di-
lectus meus est pulchra dilectio, timor & spes &
agnitio in illo qui natus est ex ipso. Ipse enim est
nō solum quē diligimus, timemus, agnoscimus,
Et in

Esai. 66.

in illo

Et in

& in quem speramus, sed hæc etiã omnia in nobis operatur, atque his virtutibus veluti quibusdam membris & partibus in nobis perficitur atque formatur. Tunc enim perfectè pro modulo huius vitæ Christus in te formatus est, tunc veritas ipsius in te expressa est, si veritatē quæ ipse est agnovisti, & agnit gloriificasti, timore videlicet & spe, & ne spes confundat, charitas diffusa sit in corde. Si huic sensui iudicas incongruum, quod aliud sit istarum ordo virtutum vel profectuum, & alius ordo positionis nominum, nō enim ait: Ego mater agnitionis & timoris & spei & dilectionis, sed ait: Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis & sanctæ spei, fortassis & in hoc ordine ipso quæ ponit, inueniri poterit aliquid congruentiæ & rationis. Sicut enim de agnitione timor nascitur, quæ ne in desperationē concidat, spes adiuncta consolatur, ipsiq; spei ne confundat, dilectio suffragatur: ita verã vice dilectio castum parit timorē, timorq; cum dilectione illuminat agnitionem: secundum illud sapientis: Qui timetis *Eccl'i 2.* Dominū diligite illum, & illuminabuntur corda vestra. Quātō aut̃ verius illuminato corde Deus agnoscitur, tātō fiducialius in eum speratur. Unde est illud: Sperent in te omnes qui noverunt *Psal. 9.* nomen tuum Domine. Spes verò sancta est, sicut Ioannes de spe videndi Deū loquens ait: Omnis *1. Ioan 3.* qui habet hanc spem in illum sanctificat seipsum: sicut & ille sanctus est. Pulchrè autem & propriè dicta est pulchra dilectio, cū charitas Deus sit, ac per hoc summa pulchritudo, sitque virtus ista

IN NATI. B. MARIE SER. II.

ferè tota pulchritudo Ecclesiæ, quam ipse sponsus eius in cætico amoris inuenitur tantum actionis in ea mirari & extollere. Prorsus dilectio pulchra: quæ de corde puro est, & conscientia bona, & fide non ficta. Vbi enim cor purum est, nulla est ruga: vbi conscientia bona, nulla est macula: vbi fides non ficta, non est aliquid eiusmodi quod oculis sponsi displiceat, quò minus sibi Ecclesiam nunc gratiosam, tunc gloriosam exhibeat. Distinguenda etiã erat hoc nomine dilectio sanctorum ab amore hominũ, siue turpi, qui nec nominandus est inter fideles, siue naturali quo amantur parentes, siue seculari quo se inuicem amantur propter seculi necessitates vel cupiditates. Procul ergo procul, imò nusquã prorsus sub oculis Dei amor turpitudinis, seorsum autem interim cedat amor necessitudinis, solusq; regnet amor internæ & æternæ pulchritudinis, quo solum Deum vel propter Deum amant verè pulchri. Tu verò bone Iesu pulchritudo sanctorũ, speciosus forma non modò præ filiis hominum, sed & præ virtutibus cœlorum: Specie tua & pulchritudine tua, intende, prosperè procede & regna. Tamque latè regnet pulchra dilectio tua, vt turpem de finibus rerum proturbet & eliminet, secularem ad se conuertat & inclinet, naturalem sub se regat & ordinet: vt illa pulchra & vera dilectione te diligat mundus, qua dilexisti mundum saluator mundi, qui viuas & regnas

Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

IN SO-

In Solēnitate o- mniū Sanctorū sermo.



BEATI PAUPERES *Matth. 5.*

Spiritu. Agnosco notum il-
lud ac nobile prognosticū,
quod in testimoniū sui, nec
dum natus in carne Dei fi-
lius protulit: iam verō na-
tus, sed nondum notus, sibi

cōpetere docuit. Spiritus, inquit, Domini super *Esa. 61.*

me, euangelizare pauperibus misit me. Ecce pau-
peres euangelizantur, ecce pauperibus euange-
lium regni nunciatur. Beati, inquit, pauperes spi-
ritu, quoniam ipsorum est regnum cōlorū. Læ-
tum prorsus ac nouæ plenum gratiæ noui testa-
menti principiū, etiam quantumlibet infidelem
aut pigrum prouocans ad audiendum, sed am-
plius ad faciendum: cū scilicet beatitudo mise-
ris, exulibus, & egenis promittitur regnum cō-
lorum. Gratum, inquam, & auspiciatū nouę legis
initium, quando in ipso statim initio, tot beatitu-
dinum benedictiones dat legislator, quibus de-
lectati eant de virtute in virtutem: per istos vi-
delicet octo gradus ascensionis, quos in corde no-
stro disposuit structura Euāgelij, secundū exem-
plar & imaginē cōlestium, quod Ezechieli quo-
que ostensum est in monte visionū Dei. Est enim

a iiij manifeste

IN SOLEN. OMNIVM SANCT.

Ezech. 40
Gradus
virtutū.

manifestè quidam ascensus cordiū, & profectus
meritorū ille per ordinē digestus octonarius vir-
tutum, gradatim de imis ad summa perducens
virum euangelicæ perfectionis, donec ad viden-
dum Deum deorū in Sion ingrediatur templū,
de quo propheta dicit: Et in octo gradibus ascen-
sus eius. Prima siquidem virtus inchoantium, est
renūciatio seculi, qua pauperes efficimur spiritu:
secunda mansuetudo, qua nos obediētiæ subdi-
mus, & assuescimus: deinde luctus quo peccata
plorantur, vel virtutes implorātur. Ibi nimirum
gustamus, vnde amplius esuriamus, & sitiamus
iustitiam, tam in nobis quàm in alijs, zeloq; con-
tra peccantes incipimus cōmoueri. Sed ne zelus
immoderatio in vitium feratur, sequitur mise-
ricordia qua tēperetur. His ergo studijs vel exer-
citijs, cū quis iustus & misericors esse didice-
rit, idoneus erit fortassis contemplationi vacare,
& mundando cordi, quo Deus videatur, operā
dare. Exercitatus autē & probatus tam in actiōe,
quàm in contemplatiōe, tum demū dignus erit,
qui nomen & officium filij Dei gerens, pater &
minister factus aliorū, tanquam mediator & se-
quester pacificet inter ipsos & Deum: pacificet
ipso adinuicem, vel etiam ad eos qui foris sunt:
sicut scriptum est, in laude sanctorū patrum, Pa-
cificantes in domibus suis. In hoc officio qui fi-
delis & constans fuerit, sæpè virtutem & meritū
sibi martyrij comparabit, persecutionem patiēs
propter iustitiā, aliquando & ab his pro quibus
pugnabit, vt sic ei dicere, Fili matris meæ pugna-
uerunt

Ecclesi. 44.

Cant. 1.

silvianus

uerunt

uerunt contra me, & Cum hit qui oderūt pacem *Psal. 119.*
eram pacificus, cū loquebar illis impugnabant
me gratis. Quantæ autem gloriæ, quamque co-
piosæ mercedis in cœlo sit culmen huius perfe-
ctionis, inde utcumque licet æstimare, quod ipsa
etiam ab renunciantium seculo primordia tantæ
Dominus prædicat felicitatis, ut dicat, Beati pau-
peres spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœ-
lorum. Planè beati qui proiectis vilibus, sed gra-
uibus sarcinulis huius mundi nolūt diuites fieri,
nisi de solo creatore mundi, propter ipsum tan-
quam nihil habentes, & per ipsum omnia possi-
dentes. An non possident omnia qui possident
continentem & disponentē omnia, quorū Deus
portio est & hæreditas, qui ut nihil desit timentis
puseum, cætera prout expedire nouit dispensat
ad vtendum, & seipsum seruat ad fruendū. Cū
hæres Dei, cohæres autem Christi, adultus &
emancipatus introducetur in plenariā possessio-
nem expectate hereditatis, tunc profectō ius ab-
solutum, ac liberum imperium habebit in crea-
turis: qui modò quanto tempore paruulus est
nihil differt à seruo, cū sit Dominus omniū, sed
sub tutoribus, & actoribus est vsque ad tempus
præfinitum à patre. Tunc mundus agnoscet ius-
tum ac legitimum hæredem Dominum suum,
propter quē creatus est: agnoscet inquam, quia
iam non conformem sibi, sed reformatum in no-
uitate sensus sui ad imaginem Dei ad quā factus
est. Sed & nunc quoque; fideli homini totus mun-
dus diuitiarū est, nō solū quia ad agnoscendū

IN SOLEN. OMNIVM SANCT.

vel diligendum auctorem mundi, mundanis omnibus utitur tanquā ad hoc sibi datis: & in via testimoniorum Dei (quæ videri facturam sicut & scripturam perhibere factori,) delectatur sicut in omnibus diuitijs: sed etiam, quia ita sufficiens & gratus esse didicit, ut quasi totius mundi diuitias computet illud propè nihil quod habet, siue hoc ipsum quod nihil habet. Ideo iure beatificat Ecclesiam sanctorū Salomō, quæ pauper pro Christo tam diues est in Christo. Multæ, inquit, filiæ congregauerūt diuitias, tu supergressa es vniuersas. Alij siquidem rapiunt non sua, & semper in egestate sunt: sancti diuidunt propria, & ditiores fiunt. Diuites enim eguerunt & esurierunt, inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono. Auarus quo plura possidet, pluribus eget. Quanquam nil minus habeat, quā quod habere se putat: cū habeatur nō habeat, seruus pecuniæ, mancipium avaritiæ, cultorq; crumene, idolatra detestandus, cui nummus est Deus. Pulchrè autem iam nunc quoq; vindicat in peccatores iustitia diuina, res ipsas quas amāt conuertēs eis in tormenta, & vitia faciens esse supplicia. Pecunia enim quæ iustum amplius iustificat, & verius ditat dispensata vel semel data, avarum cruciat seruata, prodigum polluit profligata. Prorsus beati pauperes Christi, quorū fides sic elusit sapientiam mundi, ut sola quis sit optimus diuitiarū vsus inuenerit: quod videlicet diuitiæ quæ pauperem faciunt & miserum, si diliguntur, tūc demum faciunt diuitem & beatū, si pro Christo contem-

*Auar^o man
cipium pe-
cunie.*

contemnuntur. Confiteor tibi pater Domine cœli *Matth. 11.*

& terræ, quia abscondisti hæc à sapiētibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis: id est humilibus qui utique non sunt alij quàm pauperes spiritu, quorū hic beatitudo prædicatur. Hoc enim

licet sciētes tamē commonere vos velim fratres, *Paupertas spiritus in quo consistat.*

quòd vera ac beata paupertas spiritus, plus est in humilitate cordis, quàm in angustia rei familiaris: plus consistit in abdicatione superbix, quàm in contemptu substantiæ. Substantia nonnunquā vtiliter habetur, superbia nunquā nisi damnabiliter retinetur. Diabolus nihil in mūdo possidet, aut possidere desiderat, quē sola vel maximē superbia damnat. Parum igitur prodest renūciare seculi possessionibus, nisi renūcietur & moribus: imò stultum, ac ridiculum est nudari diuitijs, & diuitum implicari vitijs: pauperem fieri rebus, nec ditari virtutibus: relinquere omnia, nec sequi Christū, sed magis forsitan in castris Christi, iungere partes Antichristi. Planē Antichristi partes adiuuat, quisquis superbix militat, nomenq; sanctum quod verbis vel habitu profitetur, moribus impugnat. Vexillū Christi humilitas, Antichristi superbia, vel potius capitis eius diaboli, qui super omnes filios superbix regnat, & ab initio per superbiam peccat. Gloriamur igitur fratres, quia pauperes sumus pro Christo: sed operam demus, vt humiles simus cum Christo. Paupere superbo sicut nihil detestabili⁹, ita nihil miserabilius: cū eum & paupertas nunc affligat, & superbia in perpetuū abdicat. Pauper autē hu-

milis,

Vexillum Christi humilitas.

IN SOLEN. OMNIUM SANCT.

milis, & si vritur & purgatur in camino paupertatis, exultat refrigerio conscientiae diuitis: consolatur se promissione sanctae spei, sciens & sentiens, quoniam ipse est regnum Dei: quod iam intra seipsum velut in semine vel radice gerit, primitias scilicet spiritus, & pignus aeternae hereditatis. An non vestrum est fratres, vnde toties sicut vobis conscius estis, fructus suauissimos, & beata gaudia decerpitis, quorum gustus amarescere vobis iam omnem fecit dulcedinem mundi? Gustastis enim, ni fallor, & vidistis, quoniam bona est negociatio vestra, qui pro re gratis contemnenda ac proijcienda, summa comparastis bona. Denique non est regnum Dei esca & potus, sed iustitia & pax & gaudium in spiritu sancto. Si haec ergo sentimus in nobis, cur non confidenter pronunciamus intra nos esse regnum Dei? Quod autem intra nos est, illud verè nostrum est: quia nobis inuitis eripi non potest. Rectè itaque Dominus beatitudinè prædicans pauperum, non ait ipsorum erit, sed est regnum caelorum: non solum propter ius firmissimum, sed etiam propter pignus certissimum vsumque felicissimum: non solum quia paratum est eis ab origine mundi, sed etiam quia iam in quandam ipsius possessionem coeperunt introduci, iam habentes thesaurum celestem in vasis fictilibus, iam portantes Deum in corporibus suis & cordibus. Quàm beata gens cuius est Dominus Deus eius, quàm vicini sunt Dei regno qui regem ipsum cui seruire regnare est, iam possident, & gestant in corde suo. Funes, inquit,

Psal. 15.

inquit,

inquit, ceciderunt mihi in præclaris, etenim hæ-
reditas mea præclara est mihi. Litigent alij de di-
uidenda hæreditate huius mundi, Dominus pars
hæreditatis meæ & calicis mei. Pugnent inter se
quis eorum fiat miserior, nihil omnium quæ am-
biunt illis inuideo, ego enim & anima mea dele-
ctabimur in Domino. O præclara hæreditas pau-
perum, o beata possessio nihil habentium, quo-
niam non solum omnem sufficientiam nobis sub-
ministras, sed etiam ad omnem gloriam abundas,
ad omnem lætitiā redundas, tanquam in sinu re-
posita supereffluēs mensura. Prorsus tecum sunt
diuitiæ & gloria, opes superbe & iustitia. Super-
biat o pauperes, superbiat o humiles anima ve-
stra, glorians in humilitate sua, omnemq; altitu-
dinē huius mundi longē sub pedibus suis iacen-
tem despiciat: indignumq; iudicet glorię suæ, ad
concupiscentiā vilis prædę suam ulterius maie-
statē inclinare. Quid? iam iam tolenda es in cœ-
lum, & nunc te demū mergeres in cœnum? Pa-
rata tibi sunt æterna, & præligeres transitoria,
somniaq; similia? Te præstolatur curia sanctorū,
& præponeres societatem demoniorum? Quam
miser homo qui cum in honore esset non intel-
lexit, ac perinde cōparatus est iumētis insipientia
bus, & similis factus est illis. An non manifestē hoc
illis contingit, quos cum beata paupertas fecisset
honorabiles cœlo, mirabiles mundo, & ut nihil
præteritū sit, etiam formidabiles inferno: postea
arbitrantes miseriā, cæcato sensu paupertatē hu-
militatem, ignauiam: voluerunt diuites fieri, &
inciderunt

inciderūt in tentatiōes & laqueos diaboli: cumq̃
essent Domini vniuersorum, vendiderūt se ipsos
sine precio propter ea quæ nihil sunt. Væ his qui
perdiderunt sustentiam, & diuerterunt in vias
prauas. Et quid facient cū inaspicere cōperit
Dominus? Ipsi viderint quid facturi sint. Vos
enim quibus amica est paupertas, & grata spiri-
tus humilitas, securos fecit de possidendo regno
cōclorum incommutabilis veritas: vestrum illud
esse afferens, vobis illud repositum fideliter cus-
todians: si tamen & vos ipsi spem istā in sinu no-
stro repositam firmiter custodiat is vsq; in finem,
cooperante Domino nostro Iesu Christo, cui est
honor & gloria, per omnia secula seculorū. Amē.

Sermo de scri- pturarum sanctarum vti- litate, & de excitandis animis ad diuinas laudes.



Cant. 8.

IN CONVENTU
sodalium & amicorū, id est
Ecclesia sanctorū cuius vo-
cem deceat audiri, sponsus
ipse sponsæ loquens, innuit
cū ait: Quæ habitas in hor-
tis, amici auscultant, fac me
audire vocē tuam. Non sum ego cui hoc dictum
debeat

debeat videri, nō sum qui habitem in hortis, mā-
 gis mihi videor esse de illis qui habitant in sepul-
 chris. Corpora enim peccatorum, quid sunt nisi *Corpora*
 sepulchra mortuorū? Qui ergo dediti sunt cor- *peccatorū*
 poribus suis non in hortis habitant, sed in sepul- *sepulchra*
 chris. Deumq; exasperāt, donec qui educit vin- *mortuorū.*
 ctos in fortitudine, forti voce inlamet, Lazare
 veni foras, suisque discipulis super eo praecepiat,
 soluite eum & finite abire. Magna sanē differen-
 tia est sepulchrorū & hortorū. Hæc plena omni
 spurcitia & ofsibus mortuorum, illi omni suaui-
 tate & gratia florū, aut fructuū. Quid enim si alia
 quādo sepulchra vidētur in hortis? Nam & Do-
 minus in horto sepult⁹ fuit. Et si enim sepulchra
 in hortis, nunquid tamē horti in sepulchris? Ita
 fortassis, sed in sepulchris iustorū. Ibi planē ver-
 nabit gratissima quædā amœnitas hortorū, ver-
 no scilicet illo tēpore resurrectionis eorū cū re-
 florebit caro eorum, & nō solum ossa iusti sicut
 herba germinabūt, sed & totus iust⁹ germinabit
 sicut lilium; & florebit in æternū ante Dominū.
 Non sic impij nō sic, qui sepultura asini sepeliun-
 tur, & sine omni spe melioris resurrectionis sub-
 diti corruptioni, hac præsenti futuram auspican-
 tur. De sepulchris eorū dicere cœperā, quod
 quantum a spurcitia illorū abhorret florentium
 species hortorum, tantum imō incomparabiliter
 amplius distat oblectatio spiritalium a voluptate
 gaudiorum carnalium. Vos igitur, ni fallor, estis
 qui in hortis habitatis, qui scilicet in lege Domi-
 ni meditamini die ac nocte, & quot libros legi-
 tis, tot

351
tis, tot hortos perambuletis: quot sententias eligitis, tot poma carpitis. Et beati quib' omnia poma noua & vetera seruata sunt: id est, tam prophetarum quàm euangelistarū vel Apostolorum eloquia reposita sunt, vt & vnicuiq; vestrū illud sponsæ ad sponsum videatur dictum: Omnia poma noua & vetera dilecte mi seruauit tibi. Scrutamini igitur scripturas. Vos enim non falso vitā in ipsis puratis vos habere, qui nihil aliud in illis quæritis quàm Christum, cui testimonium perhibent scripturæ. Beati planè qui scrutatur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum. Mirabilia testimonia tua Domine, ideo scrutata est anima mea. Scrutinio quidē opus, est non solum vt eruantur mystica, sed etiam vt surgantur moralia. Ideoque vos qui perambuletis hortos scripturarū, nolite negligēter & otiosè transuolare, sed scrutantes singula velut apes sedulæ mel de floribus, spiritum de sermonibus colligite. Spiritus enim meus, inquit Iesus, super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauum. Ita probātes quid sapiat manna absconditū, eructabitis illud Dauidicū: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua super mel & fauum ori meo. Ab his hortis in alios, vbi requies secretior & voluptas beatior, & species mirabilior, spōsus, ni fallor, vos introducit, cū intentos laudibus suis in voce exultationis & confessionis rapit in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei, lucem scilicet inaccessibilem, vbi habitat, vbi pascit, vbi cubat in meridie. Si enim deuotio pfallentiū & orantiū, haber

Cant. 7.

Ecclesi 24.

Psal. 118.

habet aliquid de illa pia curiositate quærentium,
 Rabbi ubi habitas? puto quia merentur audire,
 venite & videte. Venerunt, inquit, & viderunt, & *Ioan. 2.*
 apud eum manserunt die illo. Quandiu apud pa-

trēm luminum sumus, apud quem non est trans-
 mutatio, nec vicissitudinis obumbratio, noctem
 nescimus, tantūmodo die beato fruimur. Cū
 inde labimur in noctem nostrā recedimus. Heu
 mihi quā cito defecerunt dies mei, quā cito
 sicut fœnum arui: qui quandiu fui in horto cum
 illo, sicut paradisus Dei virui & florui. Cum illo
 hortus voluptatis, sine illo locus horroris & va-

stæ solitudinis. Existimo enim qui in hortum il-
 lius intrat quod & ipse hortus fiat: sitque anima
 illius velut hortus irriguus, vt & spōsus in laudē
 eius dicat: Hortus conclusus soror mea sponsa. *Cant. 4.*

An non sunt hortus, in quibus fit quod ipse hor- *Hortus est*
 tulanus loquitur plantationi quam plantauit pa- *aia iusti.*
 ter suus? Audite me, inquit, diuini fructus, & quasi *Ecclesiæ 39.*

rosa plantata super riuos aquarum fructificate.
 Quasi libanus, odorem suauitatis habete, florete
 flores quasi liliū, date odorem & frondete in gra-
 tiam. O Domine Iesu verus hortulanus, opera-
 re in nobis quod exigit à nobis. Nam sine te nihil *Hortulanus, Chris-*
 possumus facere. Tu enim verus es hortulanus, *stus.*
 idem creator qui cultor vel custos horti tui, qui
 verbo plātas, spiritu rigas, virtute incrementum
 das. Errabas Maria quæ eum existimabas hortu-
 lanum illius horti pauperis & exigui, in quo se-
 pulchrum fuit. Hortulanus est totius mundi, hortu-
 lanus est cœli, hortulanus est Ecclesiæ, quam hic

b plantat

plantat & rigat, donec incremento consummato
transplantet eam in terram viuentium, secus de-
cursus aquarum viuentium, vbi non timebit cum
venerit æstus, sed erit folium eius viride, nec ali-
quando desinet facere fructum. Beati qui habitant
in illis hortis tuis Domine, in secula seculorum lau-
dabunt te. Paulus habitabat in illis, cuius conuer-
satio erat in cœlis, qui mente sepius excedens per-
ambulabat paradysum beatæ voluptatis, hortos
deliciarum Dei, vbi & pertransiens rosas marty-
rum, & lilia virginum, desinens etiam mirari al-
titudinem cedrorum Dei, delectabatur potius car-
pere de fructu ligni vite, quod est in medio para-
dysi, in ipso nimirum gustans plenius & foelicius
quàm suavis est Dominus. Ideoq; cum inde re-
dibat, amicis auscultantibus memoriâ abundan-
tiæ suauitatis eius profusi⁹ eructabat, & ex abun-
dantiâ cordis os redundabat. Quia enim sicut ad-
ipe & pinguedine repleta erat anima eius, ideo la-
Prout. 16. bijs exultationis laudabat os eius. Cor quippe sa-
pientis erudiet os eius, & labijs illius addet gra-
tiam. Eructabat itaq; cor eius verbum bonum, ac
de bono thesauro bonus bona proferebat, spon-
sumq; ipsum qui in amicis auscultabat velut iu-
cundo carmine oblectabat. Prorsus carmen iu-
cundum suauisq; melodia, vbi tam canorum spi-
ritus sancti organum, tanta morum & sermonum
consonantia, tanta dulcedine amoris, tanta gratia
oris. Christum Iesum iubilum cordis sui perso-
nabat. Si enim lingua suavis vim carminis non ha-
Ecclesi 40. beret, scriptum non esset: Tybiæ & Psalterium
faciunt

faciunt suauem melodiam, & super vtraque lingua suauis. Si carmine huiusmodi psalmista Deū oblectari nescirēt, nequaquā diceret, Iucundum sit ei eloquiū meū. Sed nec ipse sponsus diceret, Fac me audire vocem tuam, sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua suauis, quia exaltationes Dei in faucibus tuis: tanquam habitantis in hortis in delicijs paradisi. E contra verò: Non est speciosa laus in ore peccatoris, qui habitat in sepulchris, Cuius enim vita Deum exasperat, lingua non delectat, sed terribiliter increpatur voce diuina: Quare tu enarras iustitias meas? cantica liræ tuæ nō audiam. Sed quoniā scriptura quam assumpseram in excusationem sermonis, occasionem & materiam ministravit sermonis, si placeat finiamus quod de illa cōperamus. Dupliciter itaque potest intelligi quod à sponso dicitur: quæ habitas in hortis amici auscultāt, fac me audire vocem tuam: vel quod deuotum amatorem inuitet ad psallendum vel orandū, vel quod sanctum prædicatorem excitet ad loquendū. Quod vt magis persua-deat, amicos auscultare memorat, angelos scilicet orantem vel psallentem: fideles, prædicantē. Vbi primò intueamur qua disciplina cordis & corporis nos oporteat in conspectu angelorū psallere vel orare, ne vacui dimissi vacuos nos dimittant, qui venerāt vt vota deferrent, & dona referrent, imò recedant inimici qui venerāt amici. Quinimo sponsus ipse qui stat ad ostiū & pulsāt, si nulla ei digna deuotio deintus respondēs aperiat, recedet conquerēs & dicens:

b ij Attendi

Hier. 8. Attendi & auscultavi, nemo quod bonum est loquitur. Nullus est qui agat pœnitentiã super peccato suo, dicens, quid feci? Omnes conuersi sunt ad cursum suum, quasi equus impetu vadens in prælium. Si autem prædicatorem exhortatur, fiduciam ei loquendi tribuit de beneuolêtia & attentione auditorum, quia scilicet non increduli obloquuntur, aut litigant, non emuli detrectant, aut subsannant, nõ tepidi dormitant, aut oscitât, sed amici attenti auscultât, quorum amor & meritum possit euangelizanti impetrare verbum & spiritum. Et bene amici auscultât. Est enim velut propriũ amici, scilicet quod deuotus audiat vocem sponsi, sicut Ioannes ait: Amicus sponsi est qui stat nõ vagans animo, aut prostratus somno, audit & gaudet gaudio propter vocem sponsi, quam agnoscit etiam in seruis. Et nos itaq; inde probemus nos amicos, vt siue per os loquentis, siue legentis aut cantâtis vox sponsi sonuerit, sic stemus ad audiendũ quatinus auditui nostro det gaudium & lætitiã: & non solũ cum gaudio suscipere verbũ, sed & fructũ afferre in patiẽtia.



DIGNVM valde est, & omnino exigit ratio equitatis, vt quibus à constitutione mundi regnum paratur, ipsi etiam sese regno parare non negligant: ne parato regno inueniãtur forsità qui regnaturi fuerãt, imparati. Sic enim legimus de cœna quadam dicente Domino, quoniam cœna quidem parata

Luca 14.

fuerãt, imparati. Sic enim legimus de cœna quadam dicente Domino, quoniam cœna quidem

parata

parata est, sed qui vocati erant nō fuerunt digni.
 Quærimus ergo quemadmodum regno parato
 parari debeant reges futuri. Et si piè quærimus
 cum propheta Domini, audiemus utique à Do-
 mino cum propheta: Domine, inquit, quis habi- *Psal. 14.*
 tabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in
 mōte sancto tuo? Qui ingreditur, inquit, sine ma-
 cula. Sed hæc, inquires, præparatio soli Christo
 convenire videtur. Nemo enim ceterorū omniū
 mundus à sorde, nec infans, cuius vita est vnius
 diei super terram. Itaque solus intrabit, qui solus
 agnus sine macula, solus argui non potuit de pec-
 cato, quod nec ab eo factū, nec in eo inuentum.
 Solus planè summus pontifex meus, nec in pa- *Nume. 16.*
 tre, nec in matre contaminatus est, ut lex dicit: pa-
 trem quippe, sed Deum: matrem quoque, sed
 virginem habens. vndè & solus ingreditur sancta
 sanctorum: & nemo ascendit in cælum, nisi qui
 de cælo descendit filius hominis qui in cælo est.
 Quid ergo nos? ita ne cōtinuò desperabim⁹? imò
 verò sperabimus, & hinc maximè. Licet enim so-
 lus, sed profectò totus intrabit, & os non commi-
 nuetur ex eo. Non sine mēbris caput inuenietur
 in regno, si tamen membra fuerint conformia &
 coherentia capiti suo. Conformia sanè moribus,
 coherentia fide. Habet enim conformationem
 quantū potest, habet & coherentiam ipsa etiam
 minor ætas, dum & similitudini mortis eius mer-
 sione illa triplici complantatur, & fidem inuolu-
 cro quodā recipit, quod nec dum capax sit euo-
 lutæ Benignus nimirum est spiritus sapientis, &
 quem

b iij quem

Sap. 1.

quem traducta culpa ligauerat, indulta iustitia soluit. Sed nō ita deinceps liberabit maledictum à labijs suis: voluntariē enim peccanti post agnitam gratiam, nō relinquitur hostia pro peccato: sed neque sic liberabit à suis, quomodo ab alienis labijs maledictum. Maledictio fratres, grauis est macula, & scimus quoniam nō quod intrat in os coinquinat hominem, sed quod de ore progreditur. Inde ergo macula, inde maledictio à labijs suis: sed non semper à proprijs est. Neque enim de corpore proprio, originalis in paruulum culpa procedit: cui non modò consensus, sed ne vllus quidem interim potest esse sensus peccati. Quomodo autem à labijs suis non liberat spiritus aut voluntariē peccatum non redimit homo, nisi quia nō illi denuo crucifigitur Christus, nec complantatur iterū similitudini mortis eius per baptismum? Propria iam ab eo lachrymarū vnda exigitur, propriam baiulare crucem, propria mortificare membra & propriam immolare hostiam necesse est. Sine causa aliter diceret credo, proprijs labijs expietur oportet priorum maledictio labiorū: Per multas enim tribulationes in regnū Dei intrare necesse est, & nemo nisi per tribulatiōes ingreditur, aut proprias, aut alienas. Sola nimirū secūdi Adæ tribulatio purgat, quos contaminauit offensio sola prioris, nō quod propria cuiquam satisfactio sufficere possit. Quid enim vniuersa pœnitentia nostra, nisi quod si nō compatimur, omnino non possumus regnare? Quod in nobis minus est, ipse supplet: modicum
tamen

tamen illud quodcunque nostrum non patitur
 referuari. Quod si fidei cohærentia sine morum
 conformitate nequaquam saluat adultos, longè
 minus saluare poterunt opera sine fide. Facilius
 enim membrū inhærens capiti, tametsi deforme,
 reformatur, quā diuulsum quamlibet simile co-
 pulatur. Et ipsum tamen quod deforme est, aut
 conforme fieri imagini filij sui & capitis sui, aut
 certè tandem auelli ab eo necesse est, & anathe-
 ma esse à Christo, ne in illa plenitudine corporis
 eius inueniatur quidpiam indecorum. Vbi ergo
 propria macula, propria quoq; purgatio vitæ re-
 quiritur: & si contaminatio multiplex, opus est
 etiam tribulatione multiplici. Vnde enim tribu-
 latio, nisi dum resistitur contaminationi, concu-
 piscentiæ repugnatur? Quid verò in homine pu-
 rum ab hac macula, immune ab hoc cōtagio po-
 terit inueniri? Ab intus manat, de corde exit pe-
 stiferum virus, ac deinceps corpus occupat vni-
 uersum, mentem desiderijs afficit, membra ille-
 cebris inficit: inde pruritus aurium, oculorum
 petulantia, inde olfaciendi voluptas, inde in fau-
 cibus tam inordinata delectatio, inde in vniuer-
 so corpore molliciei sensus, & libido pernicio-
 tangēdi, inde intus in animo ebrietas illa deside-
 rijorum, & fornax quēdā ambitionis, auaritię, in-
 uidiæ, contumaciæ, nequitix, & omniū denique
 vitiorum affectibus vehementer accensa. Quot *Tribula-*
 enim corpus illecebras, quot oblectamēta mun- *tionēs ius-*
 dus videtur habere: tot patitur tribulationes, tot *torū mulo*
 sustinet tentationes vir iustus. Et quemadmodū *tiplices.*

b iiij ambu-

ambulans quis in carne, sensuum voluptate læ-
tatur, & delicias computat esse sub sentibus: sic &
oīis qui in spiritu seminare desiderat, spinas & tri-
bulos, quos propria terra ex maledictō vtiq; ge-
minat, potius eradicare, quā propagare conten-
dit: quippe qui conuertitur in ærumna sua, quo-
tiens spina configitur. Huic ergo tam multifar-
iæ pesti per singula quæq; resistere, quā mul-
tiplex tribulatio est? A planta pedis vsque ad ver-
ticem non est in me sanitas, totum inficit concu-
piscencia: lex peccati in membris omnibus inue-
nitur. Vndique per fenestras mors intrare con-
tēdit, & intus fomes totius nequitie periculosius
sevit, crudelius malignatur. Minimè tamē in hac
tam multiplici lucta deficiendū, aut desperatiōe
cedendum est. Licet enim abundant tribulatio-
nes pro Christo, sed abundant & consolationes
per Christum. Denique audi consolationē. Pec-
catum in foribus est: nisi ipsi aperias, nō intrabit.
Appetitus in corde prurit, sed sub te est: nisi spōtē
cesseris, nil nocebit. Audi consolationē: consen-
sum cohibe, ne præualeant hæc, & immaculatus
eris, vt sine macula ingrediaris & ipse ad habitan-
dum in tabernaculo, & requiescendū in monte
sancto Domini Dei tui. Si mei nō fuerint domi-
nati, tunc immaculatus ero, & emundabor à de-
lictō maximo. Maximum planè delictum, quod
interiorem & exteriorem hominē occupat vni-
uersum. Adhuc audi consolationē: In sex, inquit,
tribulationib⁹ liberaberis, & in septima nō tæget
te malum. Si puer hebræus es, sex annis seruiēs,
liber

Gene. 3.

Iob 5.

liber egredieris in septimo. Sex tibi tribulationes sunt contra desyderia cordis & quinque partitâ sensualitatis corporeæ voluptatem, sed in his sex liberaberis à septima, non quidem ne veniat, sed ne noceat, ne tangat te malum. Veniet quidem mors, ipsa enim est septima tribulatio, sed somnus erit dilecto Domini: & ecce hæreditas eius erit ianua vitæ, erit initium refrigerij, erit sancti illius montis scala, & ingressus in locum tabernaculi admirabilis quod fixit Deus, & non homo. In septima itaque, non tanget te malum. Malum utique triplex quod eos manet in septima, qui in sex tribulationibus dissimulant perfectè interim liberari: nec in sex hydrijs purificantur ad liquidum, vt exhibeantur in nuptijs sponsi, nō habentes maculam neque rugam. Manet enim eos horror in exitu, dolor in transitu, pudor in cōspectu gloriæ magni Dei. Vndè nobis ista dissimulatio fratres mei, vndè hæc tam perniciofa tepiditas. vndè hæc securitas maledicta? Quid seducimus miseri nosmetipsos? Forsitan iam diuites facti sumus, forsitan iam regnamus. Nōne ostium domus nostrę horribiles illi spiritus obsidēt? nōne exitum nostrum laruales illę facies præstolātur? Quis ille pavor erit o anima mea, cum dimissis omnibus quorum tibi est præsentia tam iocūda, tam gratus aspectus, cohabitatio ipsa tam familiaris, sola egrediēs in incognitā penitus regionē, occurrentia tibi cateruatim ruere deterrima illa monstra videbis? Quis tibi in die tantæ necessitatis occurret? quis tuebitur à rugientibus præ-

b v paratis

paratis ad escam? quis consolabitur? quis deducet? Filioli mei memoremur hæc nostra nouissima, ne peccemus. Nam & per ignem nobis transeundum est, & vniuscuiusq; opus quale sit ignis probabit. Ibi ibi aurum nostrum vertetur in scoriā, ibi vniuersa impuritas reuelabitur, ibi veritas ipsa accepto tēpore quod nobis interim datum cōtemnimus, iustitias iudicabit. Quid verò illic omnes iustitiæ nostræ nisi pannus mēstruatē reputabūtur? Quicquid paruipendēdo nūc transimus, palpando tegimus, dissimulandō negligimus: quāto illic cruciatu vindex flāma cōsumet? Vtinam magis daret quis nūc capiti meo aquas, & oculis meis fontem lachrymarum. Fortē enim non reperiret ignis exurēs, quod interim fluens lachryma diluisset. Iam verò post ignem illū, putas residuū aliquid inuenietur in nobis, aut tantum erit, vt audeamus illud vultui maiestatis offerre, aut eius sic astare conspectui? Quis ille pudor erit, quæ confusio post beneficia tanta, tam tepidos, tam imperfectos, tam vacuos apparere, ante faciē Domini Dei nostri? Fugiebat Adam, vt absconderetur ab eo post vnius vtique pomi veriti gustum. Quid nos post tanta flagitia, post tanta facinora faciemus? Quando ab hac purgabitur confusione oculus cordis, cui nūc operam dare negligimus, vt irreuerberata acie veri illius solis radios valeat intueri? Sicut fluit cæra à facie ignis, sic pereāt peccatores à facie Dei. Ingredietur itaque putredo in ofsibus meis, & subter me scateat, vt requiescam in die tribulationis huius
septimæ,

septimæ, & in ea nō tangat me malū. Malum hoc triplex est, horroꝝ, doloris, pudoris. Fœlix si quidē aīa quæ fiducialiter inimicis suis loquetur in porta. Quid hic astas cruēta bestia? nihil in me funeste reperiēs. Fœlicior cuius opus nō arserit, quem superedificasse aurum, argentum, lapides preciosos examē illud inueniet fœlicissimus qui sine vlla nube confusiōis, reuelata pœnitus facie, Domini gloriam speculādo, in eandem imaginē transformabitur, & similis erit illi vidēs eum secuti est, vtrique super omnia benedictus, & laudabilis, & gloriosus in secula.



PECTACVLVM facti su- 1. Cor. 4.

mus mundo, & angelis & hominibus. Ita planē & malis, & bonis pariter. Illos enim sollicitat inuidiæ passio, istos compassio misericordiæ, vt in nos incessanter in-

tendant. Illi quidem defectum nostrum, illi profectum desiderantes: nimirum in probatione sumus inter paradysum & infernū, interim fratres mei velut inter claustrum, & seculum constituti. Diligenter consideratur vtrique quid agimus: vtrique dicitur: O si ad nos transeat, intentione quidem dissimili, sed nō dispari forsan volūtate. Quod si ita omniū oculi in nos: nostri quomodo abierunt, aut quare soli ipsi recesserūt a nobis? A dextris siquidē & a sinistris tanto studio circumspecti, soli nosmetipsos negligimus intueri, nec verentes deceptorios, nec administratorios re-

uerentes

Psal. 141.

Ibid. 118.

uerentes spiritus. Me expectant, inquit, iusti, donec retribuas mihi : & item, Me expectauerunt peccatores, vt perderet me. Hinc mihi gehenna, inde paratur corona, & inter hanc atque illam medium nngari libet, oscitare delectat, vsque adeo nec trahor desyderio, nec periculo terreor, nec cupidus planè, nec pavidus in quib⁹ magis fuerat necessariū perniciosissimè insensibilis ad vtrunque. Exurgamus aliquando fratres, nec in vano accipiamus animas nostras, pro quibus alij tanto zelo, vel in bono vigilant vel in malo. Non est res parua, quia sic infectantur hostes, ciues sic præstolantur.



QUOD diuersis nominib⁹ Deū, nunc quidem patrem, nunc magistrū vocemus aut Dominum, non illius simplicissimæ essentie, & omnino inuariabilis naturæ diuersitas vlla in causa est, sed affectionum nostrarum multiplex variatio secundum diuersos profectus animæ vel defectus. Videntur enim quædam animæ sub patrefamilias agere, quædam sub Domino, quædam sub magistro, quædā quoque sub patre, & nonnullæ cum sponso : vt cum proficientibus, cum immutatis, immutari & ipse videatur, qui iuxta prophetam quidē mutat creaturas, & mutabūtur, licet idem ipse sit, & anni eius non deficient. Denique quid in alio Psalmo idē propheta ad ipsum loquatur, attende: Cum sancto, inquit, sanctus eris, & cum viro

Psal. 17.

viro

viro innocente innocens eris: & cum electo, electus eris: atque ut magis miremur, & cum peruerso peruerteris. Et quemadmodum sic immutetur, imò sic mutet immutabilis ipse secutus adiunxit. Quoniam tu populum humilem saluum facies, & oculos superborum humiliabis. At verò quoniam non prius quod spirituale, sed prius quod animale, deinde quod spirituale: videntur mihi interim conuersionem nostram quatuor præcedere status, vnus sub nobisipsis, tres sub principe mundi huius. Est enim anima sub seipsa, cum propriam sequitur voluntatem, libertate perniciose gaudens. Hic est filius ille prodigus qui portionem *Luca 15.* paternæ substantiæ quæ se contingebat, accepit: ingenium scilicet, memoriam, vires corporis cæteraque similia bona naturæ, quibus non ad diuinam, sed ad suam vteretur voluntatem, essetque tanquam sine Deo in hoc seculo. Est autem interim homo sub se, cum propriæ satisfaciens voluntati necdum tamen possidetur à vitijs & peccatis, quoniam qui facit peccatum, iam non sui ipsius seruus est, sed peccati. Iam tunc ergo proficiscitur in regionem longinquam qui prius quidem separatus erat, sed nondum elongatus à patre. Accepta siquidem portione substantiæ, factus est sui iuris: & quanuis recesserit ab auctore, proximus tamen fuit quando ab opere non recessit. Hoc autem tandiu fit, dum licita quidem, sed expedientia pro sua sequitur voluntate. At postquam recesserit à seipso declinans, scilicet in peccatum, iam tunc in longinquam verè proficiscitur regionem: quoniam ab eo qui summè

summè

summè & singulariter est, nihil longius eò quòd
nullo modo est, nihilq; remotum magis ab eo à
quo & per què, & in quo sunt omnia, quàm pec-
catum quod nihil est inter omnia. Porro iustum
diuinæ ultionis iudicium est, vt fugitiuum patris
filium alter sibi vsurpet in seruum, vndè & pro-
fectus in longinquam regionem vni ciuium legis-
tur adhæsisse, quem ego non alium quàm vnum
ex malignis spiritibus intelligendū puto: qui pro
eo quod obstinatiōe irreparabili peccât, & tran-
sierunt in affectum malitiæ & nequitiae, iam non
sunt hospites & aduenæ, sed quasi ciues & inha-
bitatores peccati. Quid est autem quòd dicitur
cui adhæsisse pauper adolescens, & peregrinus:
nisi quòd factus est subditus illi? Deniq; quemad-
modū adheferit, sequentia manifestant. Sic enim
habet, adhæsit vni ciuium regionis illius, & misit
illum in villam pascere porcos. Et nota quòd fa-
mis necessitate, maligno dicitur adhæsisse, sicut
& Israel tempore famis dicitur descēdisse in Aeg-
yptum. Periculosa planè & perniciosa esuries,
quæ liberos adijciat miseræ seruituti, subijciat
operibus luti & lateris, porcis associet, imò con-
seruos esse faciat porcorū. Vndè autem egestas
tanta ei qui diues aduenerat, collectis nimirum
omnibus quæ de paterna substātia in suam acce-
perat portionē? Ex eo sine dubio quod præmis-
sum est, dissipasse bona sua, viuendo luxuriosè
cum meretricibus, propterea cœpit egere. Por-
ro per meretrices istas carnis concupiscētias in-
telligè, cum quibus quis viuendo luxuriosè, dis-
sipat

si pat bona naturæ, dum eis abutitur ad voluptatem. Hinc vt iam diximus egestas pernicioſa ſuccedit, teſte ſcriptura: quòd non ſatiatur oculus *Eccles 1.*

viſu, nec auris impletur auditu. Mittitur ergo paſcere porcos, corporeos ſcilicet ſenſus, qui voluptu bro luti & ſpurcitijſ oblectantur. Et vide ne *Luca 8.*

fortè hi ſint porci, quos eiekti ab homine, maligni ſpiritus intrant. Eiectum enim à rationali noſtro, id eſt mente: peccatū ſenſibus corporis hæret, teſte Apoſtolo, qui mēte conſentiat legi Dei, carne verò legi peccati, quæ eſt in mēbris noſtris:

vnde & alio in loco, ſcio enim quòd nō eſt in me bonum, hoc eſt in carne mea. Quid tamen agendum eſt, cū ſic eiekti ab homine porcos inhabitant ſpurci ſpiritus: niſi quæ rēda remedia lachrymarum, & currendū ad aquas, quarū abundātia malè viuida radix peccati ſuffocetur in eis: Quāuis hæc omnimoda peccati extinctio, fini potius reſeruāda videretur. Hæc in excuſu quodā ſunt dicta, vt proinde manifeſtius aſſignarem, quonam modo eum quē ſub ſemetipſo reperit, ſibi malignus ſubijciat tanquā fortis armatus intrās, & poſſidens atrium, in quo pauper & debilis inuētus eſt habitator. Veruntamē tripliciter mihi vidētur eſſe homines ſub principe tenebrarum: primum quidem, nec volentes nec nolētes. quod conuenit his qui nec dum habēt volūtatis viſum, ſunt tamen vaſa iræ per originale peccatū, donec alligato fortè vaſa eius diripiat fortior per ſacramentum adueniens: verus vtique Moyſes qui in aqua venit: nec in aqua ſolū, ſed in aqua & ſpiritu ſan-

ritu ſan-

ritu sancto. Secundò verò volentes, cū iam voluntariè peccant. Tertiò quoque nolentes, cū iam quidem recipiscere vellēt, nisi quòd peccati cōsuetudine miserabiliter obligati, iusto Dei iudicio, qui in sordibus sunt sordescant adhuc. In quo tertio statu laborasse videtur prodigus ille filius. Qui verè prodigus nimis, quoniā non modò sua dissiparat, sed & seipsum subiecerat miseræ seruituti. Infœlix venūdatus sub peccato cū ad se conuersus ait: Quanti mercenarij in domo patris mei abundāt panibus, ego autem hic fame pereor? Si quis expert⁹ est in semetipso facile credo, in his verbis animū miserabilē recognoscer. Quis enim consuetudine obligatus non se fœlicē reputaret, si datum esset ei esse tanquam vnū ex his quos in seculo tepidos videt viuentes sine crimine, minimè tamen quērentes quē sursum sunt sed quē super terrā? Quanti, inquit, mercenarij in domo patris mei abundāt panibus, id est consolantur in innocētia sua & fruūtur proprię conscientię bono: ego autem hic fame pereor, id est, insatiabiliter crucior peccatorum desyderijs & affectibus vitiorum? Potest tamē intelligi quòd nec fame panis, nec siti aquæ, sed fame & siti diuini verbi (quā & Iudææ propheta minatur) sese perhibeat laborasse. Et hæc dixerim, non quòd ita sit, sed quòd ita sentiat miser humiliatus sub peccato. Non enim gloriantur conscientię testimonio, quorum secularis & mercenaria intentio est, sed peccatorū fœditate compunctus sanctissimum reputat, quacunq; ex causa alterū videat innocen-

Amos 8.

innocentem. Fac me, inquit, tanquam vnum ex mercenarijs tuis. Ecce hic iam primus est status quo sub Deo cœperunt esse homines, qui tanquã mercenarij sub patre familias viuunt. Hi sunt quos in seculo videmus, aut nullo aut exiguo desiderio eternorũ, velut sub mercede seruire Deo & ab eo terrena petere quæ desiderant. Iam verò in secũdo statu incipit esse sub Domino qui tanquam seruus carcerem timet & metuit, ne subigatur pœnis: in quo sanẽ statu conuersio est, exitusque à seculo ac vitæ introitus. Vnde & legis, Principium sapientiæ, timor Domini. Et alius quidem propheta A timore tuo, inquit, concepimus & parturiuimus spiritũ salutis. Huic gradui tertius admodum proximus & quasi permixtus est, eorum scilicet qui paruuli adhuc in Christo lac concupiscũt, tanquam sub magistro & pedagogo viuentes. Id nempe maximẽ conuenit nouicijs, qui nimirũ si fortẽ in consolationibus meditationis sanctæ lachrymarum, psalmodiæ, & cæterorũ huiusmodi cœperint delectari, quasi pueriliter timent ne magistrũ offendant, ne vapulẽt, ne fraudentur munusculis, quibus solet eos conditor ille benignus allicere. Hi sunt qui prouidẽt Dominum in conspectu suo semper, & commouentur, si vel ad horam abesse contigerit: nec iam seruiliter timent supplicia, sed tanquam paruuli metuunt plagas virgarum, apprehendentes disciplinam magistri, nequãdo irascatur, & pereant de via iusta: ne deuotionis gratia subtrahatur, & molestia eis omnia fiant. Laborat tædio quodam

c & quasi

28.139

Esa. 26.

1.1.1.1

1.1.1.1

1.1.1.1

1.1.1.1

c

& quasi

& quasi vapulēt intus in anima, amaritudine scilicet cogitationū. Hæc enim verbera sunt quibus castigat paruulos suos Deus, quæ melius experimēto dinoscimus, quàm sermone: vnde & ipse

Psal. 88. Dominus loquitur per prophetā: Si dereliquerint filij eius legem meam, &c. Visito in virga iniquitates eorū, & in verberibus peccata eorū. In his itaque primordijs & quasi infantili ætate, sic vicissim succedunt sibi timor Domini & disciplina magistri, vt nunc in isto, nunc in illo statu sese inueniat quisquis sollicitus fuerit diligenter hoc obseruare. Inde est quod nouellę adhuc Ecclesię loquens, simul vtriusq; nominis meminit

Ioan. 13. dicens: Vos vocastis me magister & Domine, & bene dicitis, sum etenim. Agnoscant hic locū suū nouicij nostri, vt solliciti sint de cetero sedulę magis circa illam versari. Ante omnia siquidē timor est necessarius, quo nimirū peccata possint præterita delere, cauere futura. Timor enim Domini, vt ait scriptura, expellit peccatū siue quod iam admissum est, siue quod tentat intrare. Expellit sanē, illud quidē pœnitendo, hoc resistendo. Sed quoniam arcta & ardua est via quæ ducit ad vitam, tanq̃ paruulis in Christo pædagogus vobis o filij, ac nutricius est qui doceat, deducat, foueat vos, & tanquam alludat paruulis, ac blandicijs quibusdā consoletur ne pereat ætas infirma. Propterea non ego, sed magis Ecclesię princeps

1. Pet. 2. & pastor vos admonet, Quasi modō geniti infantes rationabile & sine dolo lac cōcupiscite: ita sanē vt in eo nequaquam permaneatis sed crescatis in salutem.

salutem. Quod alia quædã scriptura manifestius loquitur sic: Gaudete gaudio omnes qui lugetis *Esa. 66.* super eam, haud dubium quin super Hierusalẽ, de ea siquidem loquebatur, vt potemini à lacte & satiemini ab vberibus consolationis eius: & cum auulsi fueritis à lacte, epulemini ab introitu gloriæ eius. Ipse est status filij iam robustæ ætatis, qui sub patre viuit, nec lacte iam potatur sed vescitur solido cibo, oblitus sanè quæ retro sunt, in quib⁹ seruilis oculus in amaritudine morabatur, sed ne ipsa quidem præsentia considerãs, nec paruas paruulorum consolationes captans, magis autem extendens se in anteriora, ad palmam superne vocationis, introitum futurę beatitudinis, expectans beatam spem & aduentũ glorię magni Dei. Euacuauit enim quę erāt paruuli, nec circa huiusmodi suaues quidem sed non perennes cogitationes hætenus occupatur. Sed quia iam profecit in virum perfectum in his quæ patris sunt oportet eum esse, suspirare ad hereditatem, sedulaque circa eam meditatione versari. Nunquid enim mercenariũ eum quis æstimet, qui paternę inhiat hæreditati, eamque toto affectu expetit & expectat, qua nimirum filij mercedem esse mercenarij propheta testatur? Cũ dederit, inquit, dilectis suis somnũ, ecce hæreditas Domini filij merces fructus ventris. Inuenitur tamẽ alter gradus sublimior & affectus dignior isto, cũ penitus castificato corde nihil aliud desiderat anima, nihil à Deo aliud quærit, quàm Deũ ipsum. Crebro siquidem didicit experimẽto quoniã bonus

Psal. 126.

c ij Domi-

Psal. 72.

Dominus sperantibus in se, animæ quærenti ipsam: ita ut iam ex affectu cordis atque ex sententia clamer illud de Psalmo: Quid enim mihi est in cælo, & à te quid volui super terrâ? Defecit caro mea & cor meum, Deus cordis mei & pars mea Deus in æternum. Neque enim suum aliquid, non fœlicitatem, non gloriam, non aliquid quicquam tanquam privato sui ipsius amore desiderat anima quæ eiusmodi est, sed tota pergit in Deum, vnumque ei ac perfectum desiderium est, ut introducat eam rex in cubiculum suum, ut ipsi adhæreat, ipso fruatur. Vndè iugiter reuelata facie quò ad potest cœlestis sponsi gloriâ speculâdo, in eandem imaginem transformatur de claritate in claritatē, tanquā à Domini spiritu, Ex hoc planè audire meretur: Tota pulchra es amica mea: audebit & ipsa loqui: Dilectus meus mihi, & ego illi, atque in huiusmodi fœlicissima ac iucundissima confabulatione, delectatur gloriosa cum sponso.

Psal. 13.



Ibid. 61.

DIXIT inspiēs in corde suo nō est Deus. Deus licet vnus sit & vnū sit, tamē nō sui varietate sed animi nostri mutatione, gustantibus nobis diuersos videtur habere sapores. Sapit enim timentii iustitiā & potentiā, sapit amāti bonitatem & misericordiā: vndè & alibi ait iste ppheta: Semel locutus est Deus, duo hæc audiui, quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia. Idē quippe audire est hoc quod gustare: quia vtrunq; fit vna & simplicissima

plicissima mente. Itaq; semel locutus est Deus, quia vnum genuit verbū. Cæterū nos per vnum, duo hæc audiuius siue sapimus: quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia. At is quidē penitus insipiens est, cui nec per timorē Deus sapit, nec per amorē: Discat quantum vult: ego sapientem nō dixerim, dum nec timet, nec diligit. Quomodo enim dixerim in sapientia consummatū, quē video nec initiatum? Nam initium sapientiē timor Domini, cōsummatio amor: medias sibi vēdicat spes. Cui ergo nec iustitiā sapit Deus per timorē nec misericordiam per amorē, is planē dicit in corde suo non est Deus. Deum enim non putat, quem nec iustum nec pium reputat.

PRÆVENISTI eum in benedictionib⁹ *Psal. 20.*
 dulcedinis. Triplex nobis necessaria est be- *Benedictio*
 neditio, præueniens, adiuuās, & consum- *triplex nos*
 mans. Prima, misericordiē. Secunda, gratiē: Ter- *bis neces-*
 tia, gloriæ. Præuenit misericordia conuersionē, *saris.*
 adiuuat gratia conuersationē, perficit gloria con-
 summationem. Nisi trinā hanc benedictionē de-
 derit Deus, non poterit terra nostra fructū dare
 salutis. Neque enim aut inchoare bonū, donec à
 misericordia præueniamur, aut agere bonū do-
 nec adiuuemur à gratia: aut cōsummari in bono
 possumus donec gloria repleamur. Verū in his
 tribus non immeritò dulcius sapit, ea quē nō im-
 meritos modò, sed malè meritos puenit: vt dum
 adhuc sumus filij iræ & operamur opera mortis,
 ipse cogitet super nos cogitatiōes pacis, & ne pe-
 c iij tentibus

rentibus quidē, imō & impetētibus, nō inuocā-
bus sed prouocantibus, nō interpellātibus sed &
repellētibus, spūm bonū, spūm vitæ, spūm adop-
tiōis largiatur. Quid illi aīe dulce sapiat, cui mise-
ricordia tāta nō sapit? Meritō p̄inde benedictio
dulcedinis nōiatur ea quę p̄uenit: quia quę adiu-
uat fortitudinis, quę cōsummat, plenitudinis est.

Psal. 56.

Genes. 21.

PARATVM cor meum Deus, paratū cor
meū. Via regia fratres, nec declinat ad dex-
terā, nec ad sinistrā. Porro inuenire est ho-
minē quidē semel paratū, nō quidem secundō. Si
dixerit ei Deus, Eijce ancillam & filiū eius: dico
aūt opera carnis, nō cūctatur. Si dixerit, immola
mihi filiū tuū Isaac quē diligis, hoc planē patiēter
audire nō potest, vt fraternæ vtilitatis gratia spe-
cialis sustinere videatur studij detrimēta. Quid-
ni abijciat faciliē seruus Christi, quicquid ad cor-
poreā pertinet voluptatē? At verō speciali iocun-
ditate æquanimiter fraudari, quādo aut obediē-
tia cogit, aut fraternæ charitatis ratio postulat,
hoc planē magnū & Deo gratū offerre est holo-
caustū. Memento tamē nō Isaac in hoc sacrificio,
sed arietē contumaciæ iugulari. Nostræ insciētię
tarditatē erudit Dominus tribus modis. In dulci
beneficij largitate, q̄ nostræ duritiā mētis emol-
lit, & excitat ad amorē, frequēti verborū seueri-
tate, quæ pręstās intellectu auditui, Incutit nobis
timorē contemptus, publica vtilitate, quan-
do implēs facies nostras ignominia, parit
nobis verecundiam & ruborem.

F I N I S.

INDEX EORVM

quæ in hoc libro memorabilia habentur, ad-
nexis in fine scripturæ locis, quæ per
auctorem magna felicitàte
atque ingenio sunt
explicata.

- A**bscōdita erat Chri nō ambiat amari, effici
sti fortitudo in tamen vt ametur 98.a
cruce. fol. 117.b Anima in medio quodā con
Aduocatus erit Christi huius stituta 167.b
miliū, qui se fore mini- Anulus quē pater filio ad
tatur iudicem superbo- se reuerso dedit, qd sig-
rum 82.b nificet 85.b
Aduentus Christi hoc tem- Ambulandum cautē in via
pore est ad nos frequens domini 20.b
9.b Aquæ in vinū mutatio per
Aduētus Christi tres 10.a dñm sc̃tā, mutationē re
Affluentia rerum non pec- rū in cōuinio mēse dñi
cati occasio, sed virtus cæ præmōstrauit 50.b
tis adiutorium esse de- Aspectus in nos dei, clemen
bet 81.b tiæ signum 123.a
Amat nos plus deus, quā Auarus, mancipium pecu-
ipsi nos amemus 85.b niæ 189.b
Amari ab hominibus, mag- **B**aptismus Christi nos
na consolatio 97.a lauit 52.a
Amari est aliud, & aliud Baptista quorū omnib⁹ præ-
studere amari 97.b stantior 149.a
Amicitia dei mereri, præ Baptistæ natiuitatem me-
cipi⁹ vitæ fruct⁹ 96.b ritō veneratur Ecclesia
Amoris est ea vis, vt cum 149.b

Baptistæ

INDEX.

Baptistæ præconijs Euangeli- stæ librorum suorū initia dedicarūt 154.b	Christi infirmitas mundi tyrannum deuicit 23.a
Baptistæ humilitas nobis imitanda 155.b	Christus ad nos veniēs at- tulit vnde prouocaret amorem 24.a
Baptistæ encomium 157.a	Christus prior legatos de pace ad nos misit 24.a
157.a	Christi natiuitas quā no-
Calceamēta quæ Pater reuerſo ad se filio de- dit, quid ſignent 85.b	bis ſalutaris 27.b Christi exinanitio maxi- ma 28.a
Caprea Eccleſiam ſignat 164.b	Christus, bonorū omnium plenitudo 31.a
Caro Christi, viaticum no- ſtrum 129.b	Christi dieb⁹ ſola bona vo- luntate emitur regnum celorum 32.a
Cæcitas mētis hūanæ 47.b	Christus nūc aqua diluēs, nō eſt nobis firma 96.b
Certitudo ſalutis noctræ nō eſt nobis firma 96.b	poſt erit ignis conſumēs 66.b
Charitatis ordinē Christus exemplo ſuo nos docuit 180.a	Christus reclinatoriū no- ſtrum 178.b
Christus pax noſtra faciēs vtraque vnum 64.a	Christus non ſolum pater creatiōe, ſed mater quo que & nutrix affectu clementie 164.a
Christus, lumē aīarū 46.a	Christus in nobis germen, flos & fructus 100.b
Christus, vita æterna 13.a	Christus candelabrum au- reum 160.a
Christus, fons luminis no- ſtri 57.b	Christus ſe totū perſorari cū paſſus, vt in ipſo vi- dificaret
Christus, præcum violētia detinendus 13.b	
Christi locus in pace & quiete 14.a	

INDEX.

- disceremus 125.b
 Christi petra forata 125.b
 Christus quor se vitam & voluit 119.b
 resurrectionē esse dixit 119.b
 rit 130.a
 Christi mors vtramque nos cit 90.b
 strā mortē denicit 131.a
 Christus, vitis 184.a
 Christus mira arte nos sibi Dei incōparabilis erga nos conciliauit 116.a
 Concipitur in nobis Christus 109.b
 Consolatio cum deest, letio res esse debemus 81.b
 Consolatio vtilis, si terrore mixta fuerit 84.b
 Conscientia nō negligenda amore fame, nec fama fiducia cōscientia 98.a
 Constante in rebus bonis agendum 159.b
 Corpora peccatorum, sepulchra mortuorum 192.a
 Crucis memoria nil salubrius 117.a
 In cruce, Christi potentia calabatur 117.b
 Crucis signū frōte gestantes, Christi regis sui vitam exprimere debent 118.b
 Crucis inimici, qui 118.b
 Cur Christus in cruce mori 119.b
 In cruce persistēdū 119.b
 Deus omnia circūspicit 90.b
 Deus vbiq̃ue præsens, magis nōpore metuendus 152.
 Dei incōparabilis erga nos amor 141.b
 Deus filium suum ad mūdi salutem misit, cum iam peccatorū multiplicitas mūdi finem exposceret 33.b
 Deus cūm cūctos diligit, haud facile tamen de dī lectione sua securos nos esse sinit 95.b
 Delicias carnis sectantes, mundo militāt non deo 158.b
 Dilectio Dei primum querenda, ob quam dignificamur vt ab hominibus diligamur 97.a
 Dissimulatrix Dei clementia 152.a
 Dives paupertas, quā quis pro Christo spontē tolerat 39.a

† Dolore

INDEX.

- Dolore illo quo peccator cō ipsum figit 91.b
tristatur ad pœnitentia Fides nullam potentia mea
tia, nihil salubri? 40.a tuit 100.a
- E**cclēsie gloria 46.b Fidei lyncei oculi 100.b
Ecclesia bonos & malos Fides non omnis reputatur
habet 114.a ad iustitiam 102.a
- Euanouerca non mater Fiducia in Dominum quid
170.b boni pariat 91.b
- Eucharistie virtus 132.b Forme in Christo diuerse
Expectare Domini aduētū 185.b
- qui fident? possint 5.a **G**audium cordis 143.a
Expectant verē dominum, Gemendi vtilitas mas
qui ei fidē seruant 7.a gna 147.a
- Expectantem ad pœnitentia Gloriam ab hominibus aus
tentiam dominum non cupantes 156.a
oportet contēnere 6.a Gradus duo ad spiritualis
Fastidium boni quid pa vite perfectionē 158.a
riat mali 143.b Gradus virtutum 158.a
- Fauore hūano, qui in deū Gratia illa q̄ diuine gras
nontendit, nil pestilens tia contraria est, repu
tius 97.a dianda 95.b
- Fides quomodo ab initio **H**ortus, aīa iusti 193.a
creuit 33.b Hortulanus, Christus
Fidei adultā etatem apoz 193.a
- stolus vocat plenitudi Humilitas, animi puritati
nem temporis 34.a idonea 52.b
- Fides illorum qui nō vide Humilitas si desit, cetera
runt præstantior 35.b nil profunt 53.a
- Fides quibus modis in noz Humilitas Christi, septem
bis crescat 44.b plicis virtutis 53.b
- Fidens in domino, in eo se Humilitas, veluti secundus
baptis

INDEX.

- baptismus 54. a Iudicia Dei occulta & in-
Humilitatem eam non ha- certa 87. a
bem^o in peccatis nostris Iustus ad perfectiora sese
quam sancti habuerunt semper extendit 19. a
in virtutibus suis 55. a L Abor corporis quam ne-
Humilitate nil praestanti^o cessarius 40. b
inter dona spiritus san- Lauadū septies in Iordane
cti 86. b si à peccati lepra mun-
Humilitas iustos facit dari volumus 53. b
86. b Laudāndus nemo ante mor-
Humilitas virtutū omniū tem 153. b
maxima 87. a Libell^o repudij Iudaeis da-
Humilitas, quietē praebet tus 26. a
176. b Lilia, iusti sunt 165. a
Igne amoris hic satius est Lenitas sine zelo, timidi-
purgari quā post pur- tas 100. a
gatorij igne 83. a Lenitas, vitiorum nutrix
Ioseph typum Christi ex- 100. a
preßit 127. b Lotio pedum à Christo fa-
Iordanis in quo Naaman à cta quid signet 139. b
lepra mudatur, quid sig Lucerna fidei primum in
nificet 52. a nobis accensa 48. a
Illuminationis initium, si Lucendū int^o et foris 56. b
oculos intendam^o in eos, Lucerna, opus bonū 56. b
q̃ illuminati sunt 45. b Lucerna, scriptura sacra
Iniuriarū quas nostri cau- 56. b
sa Deus tulit, quae sit Lucerna, charitas 56. b
maxima 112. b Lucerna ardēs oratio 56. b
Iustitiae nostrae memores, Lucrum maximū, contem-
oīa misericordiae Dei nere mundum, vt luci-
cōmittere debem^o 33. a facias Christum 131. b
† ij Lucri

INDEX.

- Lucri ingentis est, non habere partē in ruina mūdi 132. b
 Luctus encomium 148. a
 Luctandū cōstanter 152. b
 Luxuria, animarū vermis 40. b
Magorū fides incomparabilis 44. a
 Mansuetudo zelū habere debet 122. b
 Maria, virgo & martyr 105. a
 Maria terra benedicta 107. a
 Maria, mater est vitæ 171. a
 Maria, thron⁹ Dei 172. a
 Maria petra dicta 107. b
 Maria humilitate expiare voluit, quod Eua superbiendo deliquit 66. a
 Mortis hora nihil incertū 11. a
 Mors semibus in ianuīs, iuuenibus in insidijs 11. a
 Mundus totus verbis se Deum nosse fatetur, factis autem negat 50. b
 Myrrha quid mystice significet 40. a
Negligentia crassa in nobis 78. b
 Negligentia & tristitia miserē laboram⁹ 101. b
 Negligētibus gratiā Dei, quid malorū imminet 132. b
Odium sui ipsius, nō omnia pro salute tētare 53. b
 Odium perfectum, perfecta dilectio 146. a
 Operum bonorum ingētes thesauri latēt in humano corpore 39. b
 Orādū pertinaciter 137. b
 Ostiū in latere arcæ, typus erat vulneris in latere Christi 126. b
Pastor animarū humilis esse debet & utilis 137. a
 Paupertas spiritus in quo consistat 190. a
 Petra Christus, virtute nō duritia 89. a
 Pietatis virtus q̄ sit 51. b
 Pœnitentia gratiā præcedit 19. b
 Pœnitētia quid apud Deū valeat 85. a
 Pœnitentia

INDEX.

- Pœnitentes rapiunt regnū Sanguis in scriptura pec-
celorum 151.a caturum signat 79.b
- Profecit haud parum, qui Sanctorū corpora, Christi
cepit 19.a templum 105.b
- Prosperitas multis est su- Sancti viri, stellæ dicti
perbie occasio 81.b 44.b
- Purificatio Mariæ nostræ Sapiēs quis dicēdus 42.a
nos monet purgationis Sapientia vera, sapor rerū
65.b æternarum 49.b
- Purificat Christus mūdū In Sapientia commorādū
quatuor modis 67.b 87.b
- Purgationis nostræ tēpus Sapiētia Dei sese stultitiā
negligimus 80.a fecit 37.a
- Purgationis nostræ qua- Scandalizās proximum, si
tuor modi 67.b non edificas 98.a
- Q**uietus nemo, nisi hu- Scire quid desit sibi, mag-
milis 178.b na pars est pfect⁹ 47.a
- Vt quieti simus, danda est Scientiæ primus gradus,
opera 178.b scire qđ nescias 47.a
- R**equies semper quæren Scriptura sancta, aquæ re-
da 176.b sectiōis 94.b
- Requiem mali habere ne- Scriptura sacra trifariam
queunt 176.b diuisa 138.b
- Requie nisi Deus inueni- Scripturæ scopus 138.b
rit apud nos nos optatā Securitas vna est, nunquā
requie nō inueniemus esse securum 11.b
apud illum 176.b Securitas nunquam sit sine
- Resurrectio prima & se- timore Domini 93.a
cunda quæ sit 130.a Serpētis imitāda prudētia
- Resurrectio aīe spiritualis Seuerior viuēdi modus &
130.b peccatoribus & iustis
† iij neceſa

INDEX.

necessarius	158.a	Temporis habenda ratio
Silentij disciplinā graui-	79.a	
ter commendauit sermo	Tempore ad pœnitentiam	
dei inter nos tacēs 36.b	dato cautē vtendū 6.a	
Silentium Christi nos do-	Temporis huius ingens &	
cuit 112.a	fœlicitas & infœlicitas	
Silentij quāta virtus 112.b	103.b	
Silentij cultor quō solitu-	Temporaria facili cōtem-	
dinē suam solari debeat	nuntur, si prae oculis ha-	
112.b	beantur æterna 100.b	
Signū Saluatoris pauper-	Thronus Salomonis, Eccle-	
tas 125.a	sia 104.b	
Signa vitæ spūalis 136.a	Timor Dei fidus vbique cu-	
Spiritus sanctus, oleum &	stos 90.b	
splendor 161.a	Timor dei cruci nos adfæ-	
Solitudinis encomiū 15.a	git 119.a	
Spes licet fatigetur ex de-	Timendū hic nobis 142.b	
siderij dilatiōe, secunda	Timeri cur deus à nobis po-	
tū est ex pmissiōe 6.a	luit 88.	
Stola prima qd signet 85.b	Timor quid operetur in no-	
Stabilitas loci necessaria	bis 64.b	
88.a	Timor consolationi miscen-	
Stultitia laudata 20.b	dus 84.b	
Sūma salutis nostræ in quo	Timendū, quod iudicia dei	
consistat 140.a	occulta 87.a	
Superbia laudata 39.a	Tres panes, trinitatis my-	
Superbiendum nō est, post	sterium 138.a	
tantam Christi humili-	Tria sunt quæ nos faciunt	
tatem 23.a	Christianos 50.a	
T empus breue, sed pre-	Tribulationum duplex ge-	
ciosum 80.a	nus patimur 81.a	
	Tribu-	

INDEX.

Tribulationes iustorum mul Virginitas, flos inuolati
 tiplices 196.a corporis 183.b
Veritas corporis Xpi Violentia sancta 13.b
 sub specie panis 38.a Vim à nobis pati amat deus
 Veritas odium parit 98.b 152.b
 Veritas nobis dura, ob cor= Vmbra spirituales 167.a
 dis nostri duritiè 89.a Vita argumentum, in nobis
 Verbi diuini maiestas cur quod sit 136.a
 figuris ac typis adum= Vitulus saginatus 85.b
 brata 38.a Vixisse multis dieb' & nō
 Vexillum Christi humilie senuisse virtutib' 62.b
 tas 190.a Volentes & scientes pecca
 Viam domino parare qui di mus 18.a
 cantur 16.a Volūtas bona, initium viae
 Vigilandum sedulō 134.b rum domini 17.b
 † iiij LOCA

LOCA SCRIPTV-

rarum in hoc libro explicata.

Genesis.

25. **S**ic mihi futurū erat, quid necesse fuit con-
cipere? Folio 114. b

32. Vir luctabatur cum Iacob 151. b

32. Claudicat Iacob 151. b

49. Isachar vidit requiem quod esset bona 176. b

Numeri.

16. Pontifex super patre & matre non contaminabitur 195. a

Iosue.

15. Damibi irriguū inferius, et irriguū superi? 94. a

Regum 3.

c. 3. Date huic infantem viuū 30. a

c. 10. Thronum sibi fecit rex Salomon 104. b

Regum 4.

c. 5. Vade, laua septies in Iordane 53. b

c. 4. Oscitauit puer septies 136. a

Iob.

5. In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non apprehendet te malum 196. b

9. Si venerit ad me, non videbo eum, si abierit, nō intelligam eum 10. a

20. Cū satiatus fuerit, artabitur, & irruet in eum omnis dolor 133. a

40. Leuiathan sub umbra dormit 169. a

Psalmo.

15. Hereditas domini præclara est mihi 191. a

17. Volauit super pennas ventorum 140. b

22. Super

INDEX.

22. Super aquas refectionis educavit me	94.a
36. Cum ceciderit iustus non collidetur	182.b
44. Propter veritatem & mansuetudinē & iustitiā, & deducet te mirabiliter dextera tua	186.a
56. Exurge psalterium & cythara	12.b
56. Paratum cor meum deus, paratum	12.b
58. Sine iniquitate cucurri & direxi	13.a
70. Domine memorabor iustitiæ tuæ solius	33.a
76. Vocem dederunt nubes	9.b
84. Iustitia & pax osculatæ sunt	19.b. & 61.a
93. Fingis laborem in præcepto	89.b
101. Dies mei sicut umbra declinaverunt	168.b
118. Paratus sum & non sum turbatus	12.b
118. Os meum aperui & attraxi spiritum	13.b
118. Declaratio sermonum tuorum illuminat	57.a
118. Bonitatē & disciplinā & scientiā dōce me	162.b
138. Deduc me in viā æterna	13.a
138. Imperfectum meum viderunt oculi tui	183.a
Prouerb.	
3. Via sapientiæ omnes pacificæ	16.b
3. Beatus vir qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia	42.a
4. Hæc via, ambulate in ea: neque ad dexteram, neque ad sinistram	20.b
15. Per misericordiā & fidē purgantur peccata	68.a
16. Initium viæ bonæ, facere iusta	20.a
16. Corona dignitatis senectus, quæ in vijs iustitiæ reperitur	62.b
17. Semper iurgia quærit malus, angelus autem cru- delis mittetur contra eum	16.b
18. Veniet amicus, & inuestigabit eum	14.a
† v 20. Malum	

INDEX.

20. Malum est, malum est, dicit omnis emptor 32.b
 20. Lucerna Domini, spiraculum hominis 57.a
 30. Sanguis ugae duae sunt filiae 38.b
 31. Non extinguetur in nocte lucerna eius 48.b
 31. Date siceram merentibus 147.b
 Sapientiae.
 7. Sapientia vincit maliciam 98.b
 7. Iusti tanq̃ scintille in harūdineto discurrēt 159.b
 Ecclesiastici.
 14. Non defrauderis à die bona 34.b
 14. Beatus vir qui in sapientia morabitur 87.b
 24. In omnibus requiem quæsiui 176.a
 24. Ego quasi vitis fructificauī suauitatē odoris 182.b
 Canticorum.
 1. Vbera tua meliora vino 164.a
 1. Oleum effusum nomen tuum 28.a
 2. Columba mea in foraminibus petrae 125.b
 4. Ibo ad montem myrrhae 106.b
 4. Duo vbera tua, sicut duo binnuli caprae gemelli 163.a
 5. Venter eius eburneus 105.b
 7. Dixi, ascendam in palmam 118.a
 7. Vter tuus sicut acern⁹ tritici, vallat⁹ lilij 165.a
 7. Poma vetera & noua seruauī tibi 192.b
 8. Pone me vt signaculum super cortuum 108.a
 8. Quae habitas in hortis, fac me audire vocem tuam 191.b
 Esaia.
 2. Ingredere in petrā, abscondere in fossa humo 126.a
 4. Fructus terrae sublimis 108.b
 7. Pete tibi signum à Domino Deo tuo 111.a
 16. Emitte

INDEX.

16. Emitte agnum de petra deserti 107.b
 21. Si quaeritis, quaerite 58.b
 28. Erit eis verbum Domini, manda, remanda 6.b
 28. Qui crediderit, non festinet 6.b
 32. Cultus iustitiae, silentium 90.a
 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in
 requie opulenta 92.b
 35. In cubilibus draconum erit semita 21.a
 40. Erunt praua in directa, & aspera in vias planas
 17.b
 40. Parate viam Domini 40.a. & 18.b
 49. Reges nutriti tui erunt, & mamilla regum lacta-
 beris 163.a
 54. Multi filij desertæ magis, quàm eius quæ habet
 virum 25.b
 55. Quare appenditis argentum non in panibus? 132.a
 66. Nunquid ego qui alios parere facio, ipse non pa-
 riam? 94.b
 66. Super quem requiescam, nisi super quietum & hu-
 milem? 73.b. & 178.a

Hieremiæ.

1. Vt euellas & destruas: disperdas & dissipas: ædifi-
 ces & plantes 150.a
 15. Nec feceravi, nec feceravit mihi quisquã 124.b
 17. Beatus vir qui confidit in Domino, erit sicut lig-
 num, &c. 91.a
 31. Fœmina circundabit virum 111.a

Ezechielis.

44. Porta hæc clausa erit, & non aperietur 107.b
 44. Princeps ipse sedebit in ea, vt comedat panem cor-
 ram Domino 113.b

Danie-

INDEX.

Danielis.

2. Lapis abscissus sine manibus 107.a

Osee.

3. Dies multos expectabis me : non fornicaberis, &
non eris cum viro 7.a

11. Pendebit populus meus ad reditū meū 7.a

Zachariæ.

4. Quid sunt due istæ oliuæ 160.a

9. Exultasatis filia Sion 124.a

Matthæi.

3. Facite fuctus dignos penitentiae 150.a

5. Beati pauperes spiritu 188.a

11. A diebus Ioannis Baptiste regnum cælorum vim
patitur 151.a

11. Quid existis in desertum videre? 136.b

11. Arundinem vento agitatam? 157.a

11. Confiteor tibi pater Domine cæli & quia abscon-
disti hæc à sapientibus, &c. 190.a

14. Iube me ad te venire super aquas 82.a

Lucae.

11. Signum non dabitur eis, nisi signum Ionæ 112.a

11. Amicus venit ad me de via, commoda mihi tres pa-
nes 136.b

15. Proferte stolam primam 85.b

16. Lex & prophetæ vsque ad Ioannem 139.

19. Si tacuerint isti, lapides clamabunt 125.

24. Et ipse se finxit longius ire 13.b

Ioannis.

1. Vidimus eum, plenum gratia & veritate 34.a

6. Durus est hic sermo 89.a

6. Colligite fragmenta, ne pereant 139.a

10. Ingredere

INDEX.

10. Ingredietur et egredietur, et pascua inueniet 165. a
11. Ego sum resurrectio & vita 130. a
15. Mulier cum parit, tristitiam habet 110. b
16. Nisi ego abiero, paracletus non ueniet 147. a
- Actorum.
20. Non facio animam meam preciosiorē meipso 132. a
- Romanorum.
5. Non sicut delictum, ita & donum 142. a
1. Corintheorum.
3. Saluus erit, sic tamen quasi per ignem 83. a
14. Qui prophetat, hominibus loquitur ad edificatio-
nem, exhortationem & consolationem 138. b
15. Absorpta est mors in victoria 131. a
- Galat.
4. Vbi venit plenitudo temporis 31. a
5. Qui aut sunt Christi, carnem suam crucifixerunt
cum uitij, &c. 119. a
- Iacobi Epistola.
5. Sufferentiā Iob audistis, & finē dñi uidistis 121. a
- Ioannis Epistola 1.
1. Quod fuit ab initio, quod audiimus 35. b
- Apocalypsis.
20. Beat⁹ qui habet partē in resurrectiōe prima 130. a

FINIS.

CAVTVM EST CESAREO PRI-
uilegio, ne quis præter Ioannē de VVinghe Biblio-
polam ac Impressorem iuratum in Vniuersitate Loua-
niensi imprimat, nèue alibi impressum diuendat librū
intitulatum, Sermones D. Guarrici Abbatis Igniacen-
sis, magni illius Bernardi olim discipuli, multa pietate
ac eruditione differti, iam recens ad Veterum Exem-
plariorum collationem, à multis & crassis mendis per Io-
annem Costeriū ordinis D. Augustini Canonicum vinda-
dicati Louanij, &c. intra tres proximos annos in parti-
bus Inferioribus. Præuicatori confiscatio eiusmodi
libri & multa viginti Carolinorū in penā constituta.
Cuius rei emolumenta ad eundē Ioannem de VVinghe
pertinebūt. Iuxta literas Bruxellis datas 7. Septemb.
Anno Salutis 1554. Subsignatas.

De Langhe:

I. Gilles.

Visitatum & approbatum per eximium D. Magistrum
nostrum, Ecclesiæ collegiatæ S. Petri Louaniensis Pa-
storem D. Petrum Curtium. 7. Augusti. Anno 1554.

LOVANIÆ.

Ex officina Ioannis de
VVinghe Bibliopolæ Iu-
rati, in Platea (Vulgo di-
cta) Lapidea, è regio-
ne Magni Xeno-
dochij, Anno

1555.

4.


Maij.




LOVANIA
Ex officina Joannis de
Vvinghe Bibliopelae In-
tra m. lraes (Vulgo di-



493





12



bo
s a
un
ce
un
m
ad
hi
un
co
un
fi
co
a
m
un
re
pr
un
re
un

bi in unum tuum.
s. r. p. fallat tibi p.
tuum tuo dñe. **De**
terribilis in con-
mum. **Qui** con-
m. In unum ne peria-
tibi in unum po. **Qui**
lia meremur occi-
dunt qui exaspe-
runt ipis. **Bu**di-
tudina facite uos
fuit anima mea
omni motum p.
nos dñe igne nos
minatur augen-
tulaque n. po. su-
m. nro imposi-
tione nra. **T**ant-
um rediit in no-
m. uo inco. m.
tibi. r. odam tibi
lar labia mea.
qui in tribulato-

an longe **P**re
mitte tua acce
turbas profundi
ant fluctum e
tues ramentum a
asignis tuis cu
ere delectabis **V**i
orasti eā unū ap
eā **A**mmā dei rep
si gbum illos o
uis. **R**uos em
ca genuina em
etabunt genui
le anni benigni
replebuntur u
ut speciosa dese
s accingentur.
num rualles
omabunt rem
o orās tūa **D**
nāte nobis dar
te deo quā reat
ne imitand



